



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lv dovici || De Ponte Vallis-|| Oletani, È Societate ||  
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In  
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipué desumpta

In Qvo Agitvr Nominatim De Sacerdotibus, Confessarijs, Magistris siue  
Doctoribus, Concionatoribus, Episcopis & alijs Prælatiſ, eorumque  
Ministerijs - In ſeptem Tractatus distributus ...

**Puente, Luis de la**

**Coloniæ Agrippinæ, 1629**

Tractatvs Septimvs. De Statu Episcoporum & Prælatorum; & officio animas  
gubernandi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45750](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45750)



TRACTATUS SEPTIMVS.

DE STATV EPISCOPORVM  
ET PRÆLATORVM: ET OFFICIO  
animas gubernandi.

CAPVT I.

SVMMARIVM OMNIYM EXCELLENTIO  
rum virtutum, ac Ministeriorum spectantium ad  
Episcopos & Prælatos Ecclesie.



STATVS ET OFFICIUM PRÆLATORVM ECCLESIE, quod est huius Tractatus argumentum, plures gradus complectitur, alios alijs excellentiores: quorum supremum caput est Pontifex Romanus, Successor S. Petri, & vicarius Christi D. N. in terra; cui subsunt reliqui Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, & Prælati peculiarium Ecclesiarum ac Religionum; in quibus etiam sunt diversi Prælatorum gradus; ita eas gubernantium, vt alij alijs subsint: de quibus omnibus simul hic agendum, ob multitudinem magnam, quam in suis habent Ministerijs: quamvis cum hoc discrimine, quod Prælatura in suis Episcopis habeat diversi Statûs rationem, in reliquis autem non nisi officij. Nam, vt Primo Tomo dictum, Status dicitur Stabilitatem & obligationem quandam perpetuam; Episcopi autem (vt S. Thomas) ob specialem consecrationem ita sunt suis Ministris dedicati & specialiter solennitate adstricti ad curam suarum Ecclesiarum: vt sponte sua non possint eas deserere absque facultate ac dispensatione Summi Pontificis: officium autem dicit obligationem tantum ad certum tempus: quæ si perpetua sit, non tamen est cum solennitate, sed dependet à voluntate illud obeuntis, & talia sunt officia reliquorum Prælatorum. vtrique autem in hoc conueniunt, quod habeant Statum & officium perfectionis non vt eam tunc addiscant; sed vt alios doceant; eisque ita communi-

Tract. 1. c. 1  
2. 2 q. 184.  
45.

nicens, vt ad perfectionis Christianæ celsitudinem illos dirigant. Ex quo  
 prouenit, vt status hic sit in Hierarchia Ecclesiastica supremus, & com-  
 plectatur tres præcipuos actus, quibus illa (vt S. Dionysius ait) tendit,  
 quantum fieri potest, ad conformitatem & similitudinem cum Deo. Cu-  
 ius proprietas est, quod sit summa puritas, summa lux, & summa perfe-  
 ctio; & purificare, illuminare, ac perficere suas creaturas, Angelos & ho-  
 mines. Et in his omnibus imitari eum debent Prælati; studentes in pi-  
 mis habere in seipsis magnam mundiciem ab omni genere viciorū, pas-  
 sionum, ignorantia, errorū, ac imperfectionum; magnum verò lumen,  
 & splendore scientiarū ac virtutum: ita vt crescant & proficiant in eis, do-  
 nec perueniant ad culmen & perfectionem omnium: & tūc iuxta ratio-  
 nem officij sui purificare debet, illuminare, docere, ac perficere suos sub-  
 ditos: quod est in Hierarchia supremum. *Nihil enim, inquit, diuinius quam*  
*esse Dei adiutorem, ostendendo in seipso splendorem Diuinorum o; erum,*  
*ad Deificandos homines, & faciendos homines Diuinos. Quamuis au-*  
*tem aliquid horū pertineat etiam ad Sacerdotes, & alios Ecclesiasticos*  
*Ministros, de quibus hæcenus egimus: plenius tamen & excellentius per-*  
*tinet ad Episcopos & Prælatos; qui Magistri sunt, duces ac pastores fide-*  
*lium; nec solum secularium, sed etiam reliquorum Sacerdotum, & Ec-*  
*clesiasticorum in eorum officijs.*

§. I.

EX hoc fit, vt quemadmodum alios ducturo per diuersas vias, expe-  
 dit, vt illas nouerit non solum ex aliorum relatione, sed etiam ipsā  
 experientia: ita a vt eas læpius ipse ambulauerit, quemadmodum S.  
 Angelus Raphael dixit Tobia, cum illum voluit itineris sui ducem acci-  
 pere: ita etiam, cum Prælati sint duces fidelium, sicut b pastores ouium: ne-  
 cesse est, vt omnes vias ambulauerint, per quas illi solent incedere. Quæ  
 viæ sunt tres, quas vocamus viam purgatiuam, illuminatiuam, & vniuersam:  
 quæ respondet tribus gradibus ipsius charitatis, & tribus Statibus iusto-  
 rum, quos Sanctus Thomas vocat *Incipientium, proficientium, & perfectio-*  
*rum* Et vnaquæque harum viarum propria sua habet exercitia destinata  
 ad purificandum se à vitijs; aut virtutibus exornandum, aut coniungē-  
 dum se Deo, amore & charitate perfecta. Et secunda includit exercitia  
 primæ, tertia autem vtriusque. Quarum trium mentionē fecit Aposto-  
 lus, cum dixit: *c. finis præcepti est: charitas de corde puro, & de conscientia bo-*  
*na & fide non ficta:* quia amatur puritas animæ & splendor bonorum ope-  
 rum, & fides ac fidelitas in coniungendo se firmissimè cum Deo. In qui-  
 bus tribus rebus ait S. Bern. debere prælati Ecclesiæ esse valde emittentes  
 Ac propterea Christus D. N. ter Petrum interrogauit: *d. mat me: vt ho-*  
*minum piscatores intelligant, se debere esse emittentes in cordis puritate;*

S. Thomas  
 2. 2. q. 18. 4.  
 a. 5. ca. 5. de  
 Angel. Hie-  
 rarch.

Angelica  
 Hierarchia  
 a 1. Cor. 31

2  
 a Tob. 5. 8.

b loã 10. 3.

2. 2. q. 24.  
 a. 9. & 9.  
 18. a. 4.

c 1 Tim. 2. 5.

Serm de  
 Trib. ordi-  
 nibus Eccl.  
 d loã 21. 13.

& ab omni culpa & imperfectione liberos, quantum humana fragilitas ferre potest. simul etiam habere debent conscientiam heroicis operibus in omni virtutum genere exornatam; non solum in rebus, quæ sunt præceptæ (nam sine his non est puritas) sed etiam in ijs, quæ tantum sunt de consilio, & maiorem adferunt ipsis Prædicatoribus splendorem. Ac denique fideliter seruare debent vnionem cum cælesti sponso, qui dixit: *sponsabo te mihi in fide, & in iustitia, & in misericordia*, cum summa Charitatis perfectione. Et quemadmodum anima hominis cum magna excellentia complectitur perfectionem aliarum formarum, & animarum inferiorum, tribuens eis corporale, augmentum, & sensum; quæ reliqua corpora, plantæ, & animalia habent; & super hæc omnia habet etiam esse intellectuale Angelorum: ita Prælatas debet cum excellentia habere virtutes *Incipientium*, qui ambulat viam *purgatiuam* & *proficientium* in *illuminatione*; & *perfectorum*, in *virtute*: quæ spiritum nostrum tranfert & computat in Diuinum. Et cuique dare debet pastum & alimentum spiritum & conueniens viæ, quam ambulat. Et quoniam hæc alimenta sunt triplicia: ideo Christus Dominus noster *ter dixit S. Petro, vt ipse agnos, & oues pasceret*. Debet enim pascere Tirones qui sunt tanquam agnelli Christo regenerati; & proficientes, qui sunt tanquam agni crescentes & proficientes; ac denique perfectos, qui sunt quasi oues, potentes alios regenerare, & eorum esse matres.

Ex quo fit quod Prælatas excedere debeat, ac subditos suos superare, sicut Magister Discipulos, & pastor oues suas. Quod perpendens S. Chrysostomus ait: Prælatum debere reliquos excellere non corporis proceritate, sicut f. Saul qui *ab humero & sursum eminebat super omnem populum*, sed in virtutis magnitudine, quæ per eam significabatur, vt suo loco diximus. Ita vt proportione quadam, tantum distet Prælatas & gubernator ab eis, quibus præest: quantum Pastor distat ab ouibus, brutis animalibus. Hoc amplius explicans S. Gregorius sic ait: Tantum debet actionem populi actio transcendere Præsulis: quantum distare solet à grege vitæ pastoris. oportet namque vt metiri se sollicitè studeat, quanta tenenda rectitudinis necessitate constringitur, sub cuius æstimatione populus grex vocatur. Sit ergo, necesse est, cogitatione mundus, actione praecepius, discretus in silentio, utilis in verbo, singulis compassione proximis, præ cunctis contemplatione suspensus, bene agentibus, per humilitatē socius, cōtra delinquentiū vitia per Zelū iustitiæ erectus, interiorum curam in exteriorum occupatione non minuens, exteriorum providentiam interiorum sollicitudine non relinquens. Hæc omnia dixit S. Gregorius, Angelicam potius quam humanam delineans perfectionem. Nec mirum id quidem: quemadmodum enim animantium

c. Osa. 2. 20

3

f. Regū 92  
Tomo. 2.  
Tract. 4. c. 12. Pastor.  
c. 1.

pastor.

pastores, non bruti sicut illæ, sed homines rationales esse debent: ita rationalium hominum pastores, non puri hominēs, sed Angeli esse debent non quidem in natura; sed in sapientia, & sanctitate, ac donis gratiæ. Ac propterea ipse Dominus in Apocalypsi eos vocauit g. *Angelos*, vt postea videbimus. Et quemadmodum Angelorum (teste S. Dionysio) munus est, purificare, illustrare, ac perficere homines, quorum gerunt curam; ita Prælati eadem officia erga suos subditos præstare debent, modo quodam Angelico.

HANC ipsam excellentiam Prælatorum explicuit etiam cælestis noster Magister in celebri illo sermone, quem ad suos Discipulos habuit in monte, tanquã ad futuros sui gregis pastores: accipiens pro argumēto & themate octo beatitudines, volens eos monere, quod deberent esse *h. pauperes spiritu, esurientes & sitientes iustitiam, lugentes eius defectum, misericordes, mundi corde, pacifici, & patientes persecutionem propter iustitiam*: eo quod absq; harum virtutū excellentia nō possunt munus suum perfecte obire. vt autem scirent quale munus illud esset, explicuit prædictos tres actus per varias similitudines, dicens: quod ipsi essent *sal terra* quam purificarent à corruptione vitiorum; *lucem mundi*, quem veritatum ac virtutum splendore illustrarent; & *Ciuitatem super montem positam*, ad perficiendos sibi commissos: vt superius explicatum est, cum egimus de Prædicatoribus. Cū autem illos nominauit Ciuitatem supra montem, voluit nominatim significare: ita debere Prælatum subditum suum excellere, sicut ciuem excellit ciuitas. Nam quemadmodum Rex totum suum regnum ita repræsentat; vt quod ille facit, dicatur facere totum regnum: ita Prælati repræsentat totam suam Ecclesiam, ita vt, quod omnes Episcopi in Concilijs statuunt, censeatur rota Ecclesia constituere: ac proinde æquum omnino est omnium virtutes simul collectas ipsi in se habeant. Item quemadmodum Ciuitas (teste S. Augustino) est congregatio multorum hominum alicuius amicitij vinculo coniuictorū: ita cor Episcopi habere debet intra se congregationem omnium sibi commissorum, eos protegens & in omnibus bonis eorum exercitijs adiuuans. Propter quam inter alias, causam dixit sapiens: *i in veste poderis quam habebat summus Sacerdos, totus erat orbis terrarum*, quasi totum illum intra seipsum gestaret, cuius ipse erat Sacerdos. Ac propterea gestabat etiam in humeris & pectore nomina duodecim Tribuum, vt mox videbimus.

DEINQUE quemadmodum author naturæ ita prouidit, vt in capite hominis & reliquorum animalium sint collecta instrumenta omnia, quæ pertinent ad gubernationem, conseruationem, ac perfectionē corporis in eius actionibus; ac propterea in eo continentur quinque sensus qui ad illas rectè obeundas iuuant: ita etiã in capite corporis mystici Ecclesiæ.

g Apocal.  
1.10.

4

h Mat. 5. 8.

Trañ. 6. 64

Lib. 15. de  
ciuit. Dei  
c. 8.

i Sap. 18. 24

5

In Apolog.  
de fuga.

quali collecta continentur omnia officia & ministeria, ad eius consecrationem ac perfectionem necessaria: ac proinde omnes etiam excellentie ac virtutes necessariae ad ea, ut oportet, obeunda. Ac propterea S. Gregorius Nazianzenus dixit: quemadmodum caput & cor excedunt reliquas corporis partes: ita Prælatum excedere debere reliquos fideles: nam ipsum debere esse tanquam cor, ex quo reliquorum vita procedat; & tanquam caput, quod in suis officijs eos gubernet. Ac propterea etiam ad Episcopum spectant officia sacrificandi, orandi, confessiones excipiendi, docendi, prædicandi, gubernandi, ac iudicandi; ac propterea confirmandi baptizatos, ordinandi Sacerdotes, ac Ministros; & alios consecrandi, qui præstent idem officium, quod ipse: ut ex hoc intelligant, debere se habere omnes perfectionis gradus, qui in alijs sunt distributi.

## §. II.

**V**T QUAE hæcenus dicta sunt distinctius intelligantur, subiiciemus imaginem quædam & exemplar veteris Testamenti valde proprium, Summi Sacerdotis scilicet, qui præferrebat magnitudinem & dignitatem officij sui in ornatu vestium Sacerdotalium; & nominatim in duabus rebus valde ad nostrum institutum accommodatis. Altera quod esset texta ex preciosissimo stamine, quod esse poterat, cum admiranda varietate, a *ex bysso retorta, hyacinto, purpura, coccoque bistrincto*, & in aliquibus etiam inferebantur aliqua fila aurea. Altera quod exornarentur varijs lapidibus, valde preciosis, in ipso rationali quod pectus cooperiebat, erant *duodecim lapides in quatuor Ordines distributi, tres in singulis in clavi auro, & in eis sculpta erant nomina filiorum Israël; in singulis lapidibus nomina singulorum per duodecim Tribus. Alij quoque duo lapides preciosi erant in utroque latere super humerali: in vno lapide ad humerum dextrum erant sex nomina filiorum Israël natu maiorū; in lapide ad sinistru nomina aliorū sex natu minorū: & lapides erant inclusi & circumdati auro. Hic torus ornatus figura erat herouarū virtutū quæ prælucere debebāt in Iesu Christo D.N. Summo Nouæ legis Pontifice, & in Episcopis ac Prælati; quos ille erat in sua Ecclesia collocaturus. Quemadmodum ipsa etiam affirmat in consecratione Episcoporum, ornans Deum in quadam collecta: ut *quicquid illa velamina in fulgore auri, in nitore gemarū, & in multimodi operis varietate signabant, hoc in eorum virtutibus actibus, clarescat. Prælati enim non in vna tantum virtute, sed in omnibus prælucere debent; conando semper præstantioribus eorum omnia sua opera texere; seseque eis induere ac exornare. Et primam quidem (ut S. Gregorius ait) splendere in eis debet bysso retorta, puritas scilicet conscientiarum; adhibita mortificatione omnium earum, rerum, quæ possunt eam**

a Exodi 28,  
3. 9. 17.

2. Pastor. c. 3.

aliqui

aliquã culpa maculare. *Hyacinthus* item rectæ intentionis, quæ respicit cælestia, nõ fluctando ad fines terrenos. *Purpura* quoq; patientiæ regia, quæ dominium præbet homini sui ipsius; & peccatus ac robur ad magnas persecutiones & molestias tolerandas, satisfaciendi causa officio suo, eiusque obligationibus. *Coccus* etiam *bus tintus* charitatis cum utroque suo actu, amoris scilicet Dei & proximorum: ita ut omnia sua opera duplici hoc amore perficiat. *Aurum* denique sapientiæ cælestis, contemplando scilicet res æternas; & cautè administrando temporales.

ADHVC tamen distinctius apparent hæc virtutes in duodecim preciosis lapidibus aut cæclatis: ad significandum (vt ait Beda) quòd sapientia cælestis, siue charitas, quæ est regina virtutum, eas ambit, tuetur, & exornat; tribuitque perseverantiæ coronam: sunt autem in quatuor ordinibus, in singulis tres: præcipuè enim exornari debent quatuor virtutibus, quas vocamus Cardinales, fundatas super fidem trium Diuinarum personarum, *Quatuor*, inquit, *ordines gemmarum habet in pectore Sacerdos: quando omne, quod cogitat, prudentiâ circumspexit, fortitudine firmum, iustitiâ eximium, temperantiâ à malis omnibus fuerit secretum.* Sed ijdem ordines trinas habet gemmas, cum eadem prudentia, fortitudo, iustitia, & temperantia, sanctæ Trinitatis fuerint fide consecratæ, & S. Hieronym. addit: ex contritione harum quatuor virtutum reliquas omnes procedere, per duodecimum numerum significatas. Nam (vt S. Thomas dixit) omnes virtutes morales ad has quatuor reducuntur. Sed quoniam spiritus Sanctus non frustra duodecim hos preciosos lapides elegit ac designauit, ad vestes Sacerdotales exornandas: de quibus lapidibus dixit S. Ioannes in Apocalypsi, *b quod essent duodecim fundamenta ciuitatis cælestis: explicabimus hic breuiter heroicas virtutes per lapides illos significatas, seruatò quadruplici ordine earum, in quibus Prælati debent præluere.*

IN primo ordine erant *Sardius, Topazius, Smaragdus* **SARDIUS** qui coloris est ignei, terretque feras, est feruens zelus, qui ignis instar contendit; omnia vitia ad eò strenuè comburere, vt metum incutiat peccatoribus: ipsosque Demones exterreat. **TOPAZIUS** quem Plinius omnium lapidum preciosissimum appellat, est incensus Dei & proximi amor: actus scilicet charitatis, ex qua oritur zelus, estque omnium virtutum præstantissima, splendens varijs coloribus, valde accensis, auri præcipue præstantissimi: habetque in se omnium splendorem: cui propterea Apostolus tribuit omnium illarum opera. **SMARAGDUS** excellentissimi coloris vitidis, est virtus spei, visum reficiendis ac recreantis, erigitque cor ad firmam fructus laborum suorum ac præmij spem. Hæc tres virtutes ad eò debent esse Prælati propriæ ac familiares, vt eas meritiò debeant primo loco collocare, sese eisdem exornare: vt eâ quam eorum Status exigit excel-

apud Lipoman in Cæcena Exodi 28.

Epistola ad Tabulam.

2.2. fore per totam.

b Apocal. 21.

14. vile Alcazar ibi annor. 6. sequent.

Riber. in c. 21. Apocal. lib. 33. c. 8.

1 Cor. 13. 4.

entia & amplitudine splendeant. His tamen lapidibus accedebat secundus ordo, in quo erant *Carbunculus, Sapphirus, & Iaspis*. **CARBUNCULUS**, qui nocte splendet, & circumstantes illuminat, est virtus dominique sapientie celestis: cui coniungitur scientia humana, ut noverit Prelatus, subditorum errores, & ignorantias dissolvere, eosque in milia huius vite nocte illustrare. **SAPPHIRUS**, qui est coloris celestis habet quo aliqua punctula, auri est serenitas, & quies conscientie, & vite que- dam celestis, ad similitudinem celestis Adami, multis ac varijs amara affectibus infertis: quibus anima pulchrior & elegantior redditur. De quibus Ieremias dixit antiquos: *Carbunculus fuisse Sapphiro pulchrior*. **IASPIS**, qui est lapis solidus, & fortis ad columnas & edificia (nam Solomon dicit: structuram muri civitatis celestis esse ex lapide *Iaspide*, quem inter duodecim lapides primo loco collocat) significat virtutem Fidei, que fundamentum est vite Christiane ac perfecte; & omnium eorum, qui sunt futuri columne Ecclesie, eiusque pondus sustentaturi. Ex quoniam **IASPIS** (teste S. Hieronymo & Glossa Interlineali) prodest contra phantasias, siue phantasmata: etiam in hoc symbolum Fidei, que inanes hereticorum phantasias & apprehensiones evanescere facit, sicut omnium superborum arrogantium sibi, quod valde sint sapientes. Persuadeant itaque sibi Prelati, quod ad bene fungendum officijs suis, debeant esse solidi ac fortes in fide sicut *Iaspis*; quieti & pulchri in spirito, sicut *Sapphirus*; & splendentes in verbis & operibus sicut *Carbunculus*.

c Thron 47.

In Isai. 54. In Exodi. 28

Lib. 17. Etymolog.

**ADDENDVS** tamen tertius est preciosorum lapidum ordo, in quo collocantur *Ligurius, Achates, & Amethystus*. **LIGURIUS** siue *Lincurius* coloris caerulei, siue electri (quem S. Isidorus ait fieri ex vrina lynceis congelata) significat virtutem humilitatis, que etsi valde sit preciosa, oritur tamen ex cognitione propria nostrarum utilitatum ac miseriarum. Ad quam tamen producendam opus est lynceis oculis, quibus quis sese agnoscat, & contemnat, etiam si magna habeat Dei dona, conijciens oculos in suum vile principium ac finem: siquidem verè est pulvis, & in pulverem convertendus. **ACHATES**, qui niger est lapis cum aliquibus circularibus albis, significat virtutem poenitentie, luctus & planctus ob peccata propria & aliena proximorum quinos aliquo modo contingunt. Non tamen est adeo merita luctus, ac desolatio, ut non respiret aliquantulum ob cadore indulgentie, que tali medio obtinetur. **Amethystus**, qui est coloris purpurei siue sanguinei est virtus patientie, tolerantis innumeros labores ob Dei gloria & bonitatem, usque ad proprii sanguinis effusionem: ubi ad resistendum peccatis, aut ob salutem suarum ovium, opus erit. Hæ virtutes perfectiuntur tribus preciosis lapidibus quarto ordine collocatis, *Chrysolitho, Onycho, & Beryllo*. **CHRYSOLITHUS** siue *Tarsis*, qui videtur aurum pellucidum

simili



simile colori marino, est paupertas spiritus, & contemptus rerum omnium huius mundi cū excellenti quadam cordis generalitate; quia omnia reputat tanquam stercus & sordes, vt Christum lucrificat. Quamuis enim retinere possit res aliquas temporales, sitque ei viuendum in pelago curarum, quas negociorum varietas adfert: nihil tamen eorum debet ipsi adhærescere; sed tanquam preciosus lapis debet super omne, quod terrenum est eminere: sicut Angelus ille, quem vidit Daniel, cuius corpus erat quasi Chrysolithus: quos significabatur excellentia eius super omnes, qui viuunt in corpore carneo. **O N Y C H I N V S** est figuræ & coloris cuiusdam vnguis cum ingenti candore: & significat virtutem castitatis & puritatis corporis & spiritus: vt in carne viuatur, non seruatis legibus carnis, sed cum ea e cordis mundicie, cui Dei visio promittitur. Qui lapis tanti est momenti pro Sacerdotibus, vt cū Summus Sacerdos ex reliquis lapidibus singulos tantum gestaret; huius tamen gestabat duos super humeros: ad significandum puritatem, quam Sacerdotes custodire debent in omnibus suis actionibus, & oneribus officij sui. Aduertit autem S. Isidorus: aliquos ex his lapidibus tres habere colores; in parte infima nigrum, in media album, in suprema sanguineum. Qua varietate significatur: quod per tristitiā peccatorum oblineatur candor & puritas anime; & hæc perficiatur virili ac generoso animo pugnandi, vsque ad sanguinem, ad obtinendam victoriam. Vltimus lapis erat **B E R I L L V S** coloris flauis siue pallidi & quasi diluti, nec splendet nisi elaboretur in formam sex angulorū: & tunc ait, habere colorem inflammatum ad instar aquæ, in qua Sol reuerberatur. Estque figura virtutis temperantiæ, & abstinentiæ; compri-mentis impetus & propensiones carnis. Quæ temperantiæ, vt splendeat, elaboranda est, & polienda mortificatione sex circumstantiarum quæ illā reddunt perfectam. quantitatis scilicet & qualitatis ciborum, circumstantiarum temporis, loci, modi ac finis: in quo cibus sumitur. Tunc enim anima temperata, sit quasi aqua crystallina, in qua radij Solis iustitiæ reuerberantur per gratias & fauores ei exhibitos.

## §. III.

**H**Æ sunt virtutes, quæ in Prælati præluere debent, tanquam signa sanctitatis status eorum propriæ, vt officio & muneri suo satisfaciant. Quod significabatur solenni illa inscriptione in medio lapidum duobus illis verbis: a *Doctrina & veritas*, quæ verba explicuimus, cū de prædicatoribus ageremus. Quamuis multò plura significent verba Hebræa: *Vrim & Tumim*, quæ alij interpretantur *illuminationes, perfectiones, seu puritates*: ad significandum, quod Prælati intra cor, & pectus suum habere debeant magnam lucem, puritatem. & perfectionem in veritate & doctrina; in virtute & sanctitate; ad purificandos, illuminandos ac perficiendos sibi subditos. Et quemadmodum Deus noster olim per

Sacer-

Isidorus lib  
17 Etymo  
log c. 14.  
Vide Ribe-  
ram supra.

d Danie.  
10. 1

e Matt. 5. 3

lib 16. E-  
tym. c. 8.

a Exodi. 28.  
30 Leuit.  
28.  
Tract 6. c. 7  
Vide Lipo-  
man in lo-  
cum Exodi.

Sacerdotem indutum Ephod, respondebat dubijs, que ipsi proponebantur: ita nunc per Prælatos & Pastores Ecclesiæ docet, illuminat, ac dirigat Christianos omnes in ijs omnibus, quibus ad salutem consequendam opus habent. Ac propterea S. Gregorius dicit: locum in quo hæc verba cum lapidibus preciosis erant, vocatum *Rationale iudicij*: in testimonium rectæ rationis, iudicij, prudentiæ & sanctitatis, quibus ornatus esse debebat in sua gubernatione.

IN harum omnium virtutum ac Ministeriorum exemplar accipere debet Prælatum non solum Christum D. N. ut dictum est, sed antiquitatem Sanctos, qui in eis præluxerunt. Et hoc ait idem S. Gregorius, significare quod *b* in *duodecim preciosis lapidibus Pectorali* sine Ratione, alioquin *essent nomina duodecim Patriarcharum Israel*, sicut etiã *c* nomina *duodecim Apostolorum* inscripta erant in *duodecim lapidibus seu fundamentis ciuitatis celestis*; ad significandum, Sacerdotem & Prælatum debere ante oculos suos, & pectus suam cum magno amore & affectu portare vitas exemplares duodecim Apostolorum, & reliquorum Sanctorum Episcoporum, ac Doctorum Ecclesiæ, ad præclaras eorum virtutes imitandas, & modum gubernandi, quem tenuerunt. Et quemadmodum sponsa faciebat sibi *d* fasciculum myrrhæ ex ijs, quæ dilectus eius fecit, ac perpellas erat; Scetinebat illum *inter vbera* sua ut ea aspiceret & imitaretur: ita Prælatum merito sibi faciet fasciculum alium lapidum preciosiorum, virtutum scilicet Sanctorum Prælatorum, qui præcesserunt, illum que ponet ante pectus suum, ut præclara eorum exempla inspiciat & imitetur, & nitatur tale esse, quales illi fuerunt, preciosis scilicet lapis ac fundamentalis Ecclesiæ.

DENIQUE, quemadmodum nomina duodecim Patriarcharum Israel significabant etiã duodecim Tribus & familias totius populi Hebræi, erantque sculpta non solum in lapidibus preciosis, qui erant ad pectus Sacerdotum, sed etiã in duobus alijs qui erant super eiusdem humeros: ita significabant, Prælatum ratione officij sui debere omnes suos subditos in sua memoria, & ut Apostolus dixit, *e in corde suo præsentibus* habere; ut eos Deo offerat, pro eis orat, & singulos tanquam valde preciosos lapides magnum faciat. Debet quoque super humeros suos portare onera omnium, subueniens eis, & in eorum periculis ac difficultatibus eos ita subleuans, ut que earum remedio apud Deum ita agens, atque si difficultates illæ ipsorum essent propriæ. Aduertat tamen Prælatum: non satis esse, quod dicitur subditos gesserit in pectore, nisi etiã in humeris eos portet; neque enim posse commodè super humeros portare, nisi etiã gesserit in pectore: simul enim debet eos diligere, iuuare, & sustinere ac tolerare. Non sufficit amor sine operibus; neque opera aderunt, ubi non est amor, nec ratio.

2. P. Pastor  
c. 2.

b Exod. 28  
21. 29. idem  
Beda apud  
Lipomanii  
c. Apocal.  
21. 14.

d cant. 1. 13

Ex S. Greg.  
lib. 28. Moral.  
c. 6.

Ita Lipomanii, 5.

e Philippi. 7.

tum ord.

rum onus ferre poterit, nisi amet. Hæc summa est virtutum ac Ministeriorum, quæ ad perfectos Episcopos ac Prælatos pertinent, quoniam autem singulæ harum rerum plures alias complectuntur ad huius status perfectionem, & animarum gubernationem necessarias: agemus de ijs quæ maioris sunt momenti in subsequentijs capitibus.

## CAPVT II.

ONERA, DIFFICVLTAES AC PERICVLA  
Praelationis

VM EXCELLENTIIS STATUS PRAELATIONIS operæ precium erit coniungere onera & obligationes eius, ac pericula ei annexa: vt quæ desideria aut timores alia excitant, temperent ac moderentur alia. Neque nimium censendum est, quod proximo capite dicebamus: Prælatos esse debere tanquam Angelos: siquidem S. Tridentinum Concilium Ecclesiarum regimen siue

Praelationem appellat *onus Angelicis humeris formidandum*. Horrendum enim est tot animarum onus portare, & earum omnium rationem reddere debere. Sentiebat Apostolus hoc onus, cum ad Corinthios scripsit *in timore & tremore multo fui apud vos*, Quod si Apostolus (ait S. Chrysostomus) timet hoc onus; & qui ad tertium cælum fuit raptus, tremit ad illud; & qui plus omnibus laborabat, & præstabat plura, quàm teneretur, tantæque erat charitatis, vt infirmaretur cum his, qui infirmabantur; ac diceret: optare se anathema esse à Christo pro salute fratrum suorum: quomodo igitur non tremet; qui nec illud præstant, quod præceptum est; magisque inclinant ad ea, quæ sunt ipsorum propria, quam ad bonum ouium suarum. Si iuberet, inquit, nauem inestimabilibus diuitijs repletam gubernare per mare turbatissimum, in numeris piratis repletum: timerem certè talem gubernationem suscipere: ne inter tot pericula, nauis periret, & ego cum illa. Quomodo igitur non tremam accipere Episcopatum, cui incumbit regere Ecclesiæ nauem, tot animabus oneratam: cum talis dignitas ab innumeris tentationum fluctibus, & horrendis hostibus oppugnetur? Qui autem hi fluctus: nisi inundationes cogitationum, de fidei, & curarum, quas excitat inanis gloria, desiderium placendi hominibus, ambitio honoris, prouentuum cupiditas, propensio ad delicias, pigritia, & laxitas in ipso officio, resistentia & contemptio hominum, & ira, quæ erumpit ad sumendam ultionem? Et quis

Eccc

poterit

Sess 6 de  
creta de  
Reform. c. 1.

2  
21 cor. 2. 3.  
Lib 2. de  
Sacerdotio.  
ante mediū

poterit aduersus tot fluctus præualere, & non periclitari in tãtis periculis? Quodsi quando, vt, homo, impingat; ingens est damnum quod d' suo scandalo adfert: quæ omnia ipsius periculũ adaugent. Hominum enim priuatorum peccatum multa sunt quæ contegunt, & occultantur: Prælatorum, vt qui publicæ sint personæ, multa sunt, quæ manifestant: illorum peccatum, si manifestetur, non multum nocet: horum autem si scilicet manifestatur, magnum infert vulnus suo scandalo. semper enim seculares magnum illud reputant: quia eius grauitatem ex peccantis dignitate & amplitudine æstimant. volunt enim: Prælatoſ viuere tanquam Angelos, & statim murmurant, offenduntur, scandalizantur ex quacunque inbecillitate aut defectu, quem in illis aduertunt. Quis igitur tutus erit in babilonica hac fornace, circumdatus ingenti adeo igne ambitionum, invidiarum, æmulationum ac murmurationum: nisi spiritum talem habeat, quale corpus b tres illi pueri habuerunt, qui in medio ignis existerent a bello non lædebantur? Quid autem dicemus de lignis, quibus fouetur hic ignis? rebus scilicet quæ occurrunt, dum huiusmodi dignitates quaeruntur, & postquam obtentæ iam sunt, in designandis officialibus ac ministris, in cura subditorum, & virginum recollectarum, quæ ipsi incumbit, & circa pauperes & egenos, tentatos, & afflictos, circa potentium intercessiones ac petitiones, circa visitationes, & mores alios huius mundi, circa lites & discordias; & mille alia, quæ permixta habent innumera pericula, & anxietates: vt fuse prosequitur S. Chrysostomus, excusans se apud S. Basilium ab acceptando Episcopatu. suam que sententiam confirmat adducta comparatione Prælatorum ad ouium Pastores: nam horum, inquit, periculum est in rebus temporalibus, quarum detrimentum pecunia reparari potest; Episcoporum autem periculum est in rebus spiritualibus: quia agitur de animarum salute: quarum iactura nullo precio potest reparari. Deinde, cum lupi gregem aggrediuntur, satis illis est, quod oues rapiant; fugientem autem Pastorem non sequuntur, vt ipsum occidant: lupi autem, qui animas persequuntur, sunt Dæmones astuti, ac ferri; non satis habent, quod oues ipsas perdant; sed ipsum quoque Pastorem inuadunt, vt & illum destruant: quem si ad fugam impellunt, vel hac ratione ipsum vincunt: quia gregem deserit sibi commissum. Morbi etiam ouium facile agnoscuntur, & curantur: quia illæ non resistunt Pastori: animarum autem morbi valde latent, & postquam deprehenduntur, difficile curantur: quia hæc curatio multum dependet ab earum voluntate: quæ sæpe resistit, ac refugit cauterium correptionis; euaditque deterior penâ, quæ pro antidoto illi imponitur. Item Pastor oues suas ducit quod vult, auferens illis hunc partum; & aliu præbens: & in omnibus ipse parent: at Prælatus mille habet contradictiones in sua gubernatione; nec

q Daniel.  
3.50.

Lib 2 de  
Sacerdante  
medium.

ones eius semper volunt acceptare pactum, quem ipse offert; sed alium  
quarunt palato suo magis gratum. Cumque omnium illarum cura ipsi  
incumbat; gemit, ut ait Apostolus timens rationem, quam Deus ab illo  
pro omnibus ouibus exiget. quæ cogitatio facit Prælatos *cperuigilare*, &  
ut d *sonnus fugiat ab oculis eorum*, multò magis, quàm fugerit à Iacob ob  
curam, quam habebat gregum Labã quia hîc multò maius est periculù.

SED, quis referre poterit e *gemitu*, Prælati officium comitantes? gemit  
enim cum tanquam mater filios *sparturit*, ut *formet Christum in eis*: gemit  
cum videt *griffum Draconem expectantem partum*, ut *illoni deuoret*: augetur  
autem gemitus, si videat, ex suis visceribus factum suum transferri à Dra-  
cone ad sua: Gemit, ob labores quos iustinent in filijs educandis, instru-  
endis, & à vitijs præseuerandis, gemit, cum eos videt inobedientes, ac re-  
belles & ipsa curatione adhibita, euadere peiores; gemit eò quòd tot ani-  
marum onus sit grauisimum: ideoque timet, ne culpâ suâ eas & seipsum  
detradat in infernum, quàm aptè usurpare hîc licet illud Iob: h *Gigantes*  
*gemunt sub aquis*. que madmodum enim Balænæ, & magni alij marini pis-  
ces, quos hîc Gygantes appellat, gemunt in partu filiorum, in eis educan-  
dis actuendis: ita Prælati, qui quasi gygantes sunt in magno hoc Ecclesiæ  
mari, circumdati i *plurimâ aqua*, n *ultu* scilicet *populis*, gemunt curâ & onere  
tot animarum ipsorum curæ commissarum. Quis non dicit: gygantem  
fuisse mulierem illam tantæ magnitudinis, ut cum k *Lunam* *haueret sub pe-*  
*ditibus suis Sole esset amicta* & c *apite* pertingerent ad *iplas stellâ*? Et nihilomi-  
nus gemebat, & *clamabat parturiens*, & *cruciebatur doloribus*, ut *pareret*.  
Gygæs erat S. Paulus, gemebat tamen pressus pondere Galatarum, dicens  
eis: *Iterum vos parturio* hoc est partus doloribus ita iterum afficior, ut  
copar *uocem mutare*, ad ingentem dolorem ac sensum exprimendum. Et  
magnus ille pastor, qui ut in *gy*, *as à summo caelo egressus* venit *qua ere* *cuem*  
*perdit am*, & *inuentam imposuit in humeros suos*: & quamuis gauderet, quod  
eam inuenisset; non tamè propterea non sensit onus: quod adeo fuit gra-  
ue, ut præ angustia n *sanguinem sudauerit*; & cum baiularet crucem, ipsius  
causa, præ nimia defatigatione in terram ceciderit. De eodem etiam di-  
citur, quòd o *principatus eius esset super humerum eius*, super quem etiam  
esset ponenda p *clauis domus David*, ad significandum adeo eam fore gra-  
uem, ut opus esset eam super humerum portare. si igitur Gygantes sub  
hoc onere gemunt: quomodo non gement communes & ordinarij ho-  
mines, si sensum & mentem habeant, ad eius pondus cognoscendum?

IVCVDVM quidem videtur: q *super humeros gestare preciosos lapides*  
*auri in iustas*, in quibus sculpta sunt nomina Tribuum Israel, ut dictam est eo  
quòd inestimabile sit precium animarum Iesu Christi sanguine redem-  
ptarum, præcipuè cum eius gratia sunt exornatæ: quas tamen si inspicia-

c Hebr. 13 17  
d Genes. 31 40.  
e Hebr. 13 17  
ne gementes  
id faciant.  
f Galat. 4 19.  
g Apocal. 2 3.  
h Iob. 16 5.  
Pneidare  
fert: Balea  
fauibus fi-  
lios abscon-  
dere. ut ab  
aliarum  
belluarum im-  
petu sint  
tuti  
i Apoc. 17 15  
k c. 12. 1.  
l Galat. 4 19.

m Plas. 18 7

n Luca 15 3

o Isaiâ 9 6  
p c. 12. 12.

q Exod 28 9

mus iuxta mutabilitatem, quam ex seipsis habent; & iuxta miseriam peccati culpam additam: non est pondus plumbeum adeo ponderosum & graue, atque est vel vnica anima. Quanto ergo grauiores erunt tot similes? Quod si percipere velis, attende: quid magnus ille Gigas & Pastor populi Hebraei Moyses dixerit ad Dominum: *Cur afflixisti seruum tuum? & contempsisti pondus vniuersi populi huius super me? nunquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eam, vt dicas mihi: porta eos in sinu tuo sicut porta silet nutrix infantulum, & defer in terram pro qua iurasti Patribus eorum? Non possum sustinere omnem hunc populum, quia grauis est mihi. Sin aliter tibi videtur, obsecro, vt interficias me, & inueniam gratiam in oculis tuis, ne tantis afficiam malis.* O quam fuerit graue pondus, quod virum adeo mitem, ac zelatorem coegit, vt verba adeo grauiaproferret ea mente & voluntate, vt se ab eo expediret ac liberaret! Rem iudicat intolerabilem nutricis nutum obire erga filios non suos secundum naturam, cum sunt adeo rebelles erga ipsos gubernantes; & minus grauem existimet sibi esse mortem, quam pondus tale sustinere: verum est quidem: verba illa fuisse hominis in afflictione constituti, qui memor non est auxiliorum & suppliciarum, quas habet à Diuina gratia: ostendunt tamen aperte, quantum sit pondus gestare homines, quos (vt ait Dauid) *Deus imponit super capita nostra*. Quod si hoc adeo grauius fert, qui tanta erat charitate, ac zelo erga populum suum, vt diceret Deo: *t dimitte populo hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo quem scripsisti*: quid sentient, qui tepidam habent charitatem ac zelum? Quodcunque enim onus absque charitate & amore feratur, censetur grauissimum. Quod si tepidi onus hoc leuius ferunt, id ex eo prouenit, quod illud non agnoscant, nec perpédant quale illud sit; aut certe, quod non sint ipsi veri Pastores, sed mercenarij: & amor temporalis mercedis reddit illud eis leuius. Vbi autem est verus zelus charitatis, non potest non grauius ferri tantum onus: omnium enim onera quasi propria reputat, & omnibus sese onerat: quia cor eius illis vritur. Ideo enim dixit Dauid: *Zelus domus tua comedit me: & opprobria tibi ceciderunt super me*. Quid autem dicere: *comedit me*: nisi quod Zelus ille, quasi ignis quidam eius viscera consumeret: cum videret peccata populi, & ipse in se poenas suscipere, quas illi erant promeriti? Et quemadmodum naturalis calor hominis, nisi si proprium alimentum sumat, quo reparatur, sensim ipsum comedit, & consumit ita zelus hic consumit cruciatque zelantem Prælarum: nisi animas comedat, quibus famem exsatiat, qua illas esurit. Sed quid de hoc tale alimentum sumendi difficultate dicemus; vox quedam cælestis, cum S. Petro ostendisset linteum quoddam in quo erant quadrupedia & serpentes terræ, & volatilia cæli, dixit ei: *occide & manduca*. Quis igitur non videat, quanta sit difficultas, semper luætuari cum viperis, & omni genere

ii Numer.  
ii. 11.

ii Psal 65. 12

ii Exodi.  
32. 32.

ii Psal 68. 10  
Ioan 2. 17.

x Actuum.  
10. 13.

serpe.

serpentum; cum pardis, leonibus, & omni genere ferarum; cum aquilis, miluis, & omni genere voluerum; impellendo subditum ipsum, & cogendo ad pugnam, donec illas ingulet; & postquam occisæ erunt, vt eos comedat & in sua viscera immittat? multò autem difficilius est pugnare cum omni genere peccatorum, donec vitia in illis extinguantur, & in Ecclesie viscera, etiam in propria immitantur, contrahendo cum illis familiaritatem & amicitiam. Quæ amicitia si esset diuturna, adhuc onus esset leuius: cum autem illa innitatur charitati & amoris Dei, qui peccato quolibet mortali euanescit: habet mille mutationes, quæ ipsum Prælatum non minus torquent, quàm si cibus semel sumptus, violenter ex stomacho extraheretur: vt opus sit peccatorem denuò expugnare vt comedere illum possit: renouando cum eo amicitiam & in eius conseruationem diligentius in posterum in vigilando.

HANC sollicitudinem ait Sanctus Gregorius, exaggerari & vrgeri à Salomone, cū dicit: *y Fili mi, si sponderis pro amico tuo, defixisti quod extraneum manum tuam, illaqueatus es verbu oris tui, & captus proprijs sermonibus. Fac ergo quod dico, fili mi, & temetipsum libera. quia incidisti in manum proximi tui. Disurre, festina suscita, amicū tuum: ne dederis somnum oculis tuis, nec dormitens palpebra tua.* Quæ tota sententia in sensu mystico eò tendit, vt Prælatus moneat de onere, quod cum suo officio sibi imponit, dum spondet pro animabus subditorum: obstringendo se Deo D. N. quòd daturus sit operam, vt illi debitum reddant ad quòd tenentur, in obseruatione Diuinorum præceptorum. Et hoc (ait S. Gregorius) est *alienam animam in periculo sua conuersationis accipere.* hoc est, ita alienæ animæ curam in se recipere, vt propriam periculo exponat: nisi, quod officium ipsum exigit, præster. Ipse enim verbis proprij oris sese ligat; nam, dum se obligat: ad eis suadendum bonum quod facere tenentur seipsum etiam obstringit ad idem prius præstandum: ne ipsa vita contrarium doceat, quam verbo suadet. Ac propterea necesse est, ipsum semper magno sermone ac diligentia ita vigilare, vt neque ipse dormiat; nec eos dormire sinat, qui ipsius curæ sunt commissi: sed frequenter eos excitet, ad talem vitam instituendam, vt ipsum à pollicitatione ac fidei iussione liberum faciant.

(..)

3 p. Pastor.  
admon. 5.  
y Proverb.  
6. 1.

## CAPVT III.

TALENTA AD PERFECTE GVBERNANDVM  
necessaria

X OMNIBVS RATIONIBVS IN PROXIMO  
CAPITE positus deducere licet conclusionem illam,  
quam S. Gregorius Papa initio sui Pastoralis proposuit,  
dicens: *ars artium regimen animarum*. Eisdem docuerat S.  
Gregorius Nazianzenus dicens: *Ars artium, & disciplina*  
*disciplinarum, hominem vel regere, vel imbure,*  
qui certe est inter omnes animantes, & moribus varius,

& voluntate diuersus. Artem artium vocant, ob summam excellentiam  
& difficultatem, quam inter omnes artes habet. Excellentia eius deducitur  
ex præstantia obiecti ac finis, boni scilicet supernaturalis animarum,  
ad gloriam eius, qui illas creauit ac redemi; cupi que eas iustificare &  
glorificare. Difficultas partim oritur ex ipsis gubernandis, qui natura sunt  
mutabiles, inconstantes, liberi, iudicio proprio adherentes, ac difficile  
subiecti aliorum gubernationi: partim oritur ab ipsis gubernatoribus,  
qui naturâ suâ sibi ipsis non fidunt, ac de cipi possunt circa res externas,  
quæ possunt sensibus percipi. Quanto igitur magis circa internas, quæ  
valde sunt absconditæ; etiam ipsi, in quo ille geruntur: vt ita solus a Deo  
qui scrutatur corda intricata, possit eas cognoscere ac manifestare. Quod si  
ars medica, quæ corporis tantum morbis medetur, adeo est difficilis quanto  
erit difficilior quæ animabus curandis attendit; maximè quod illa tantum  
sit vnica, & respiciat præcipuè solos infirmos: quia *illi & non sani*  
( vt dixit Saluator ) *indigent medico*: hæc autem est ars artium: quia malitas  
completur, ac dirigitur ad gubernandos infirmos & sanos; & dirigendos  
Tirones, & proficientes, ac perfectos. Nam Prælati non tantum  
sunt medici, sed Magistri etiam, Iudices, Consiliarij, Gubernatores, Duces,  
ac Patres. Vocatur tamen ars: eò quod non dirigatur ad sciendum  
tantum; aut docendum; sed ad præxim etiam & opus præstandum. Hinc  
est, quod Prælatuæ officium, & ars gubernandi, ad sui perfectionem requirat  
*c quinque talenta*, quæ supremus Gubernator distribuit ijs, qui futuri  
sunt digni Ecclesiæ Prælati. Quoniam autem gratia requirit aptam naturam,  
*Primum* talentum est *BONA CONSTITVTIO NATVRALIS*, apta scilicet ad ea præstanda, quæ gubernandi officium exigit: tam  
quo ad bonum intellectum; & iudicium compositum; quam ad bonas  
propensiones, cum moderatione passionum vehementium, quæ iudicium

1 p. Pastor  
ci. in Apo-  
logico.

aler. 17. 10

b Luc. 5. 31.

c Matt. 25.  
15.



cū illud solent perturbare. Hoc enim officiū non bene cōmittitur ingenijs rudib; crassis, exiguē apprehensionis, ac iudicij circa res agēdas; neq; ingenijs tumultuarijs, temerarijs ac precipitatis; aut duris, pertinacibus inflexilib; nec ingenijs timidis, & puīllanimis, aut valde scrupulosis, angustis, & auxilijs. Omnia enim hęc ingenia solent in gubernatione populū destruere, sicut filius ille Salomonis de quo ait scriptura: *d Roboam erat ruis, & corde pauido, nec potuit resistere hostibus suis*: ac propterea non reddidit bonam rationem de regno sibi à patre relicto. Necesse itaq; est, gubernatum habere aptum fundamentum naturale, sicut ipse Salomon de seipso dixit: *e puer eram ingeniosus, & sortitus sum animam bonam*; habebat enim ingenium docile, clarum, tranquillum, & facile, ac promptum ad discendum, & rectum ad iudicandum; & animam à natura bene propensam, cor generosum, magnanimum, robustum & ad plurima aptum.

SED quoniam non sufficit, fundamentum hoc siue fulcrum bonæ naturalis constitutionis: nā vt plurimum habet multa inordinata, que indigent mortificatione; & alia multa quæ in meliorem ordinem & constitutionem redigi possunt: necessarium est *secundum* talentum, quod est VIRTUTIS, de quo proximo capite dictum est, cum cæteris bonis habitibus, quos complectitur: idque non in quouis gradu, sed in perfectissimo: vt bene sint mortificatæ, ac domitæ passiones carnis, & inordinati affectus ad delicias, diuitias, & honores: quæ sunt venenum huius statūs & totius gubernationis. Hoc S. Gregorius pulchrè his verbis explicauit: *Præsul, cum populi curam suscipit, considerare debet, quod quasi ad egrū medicus accedit. Si ergo adhuc in eius opere passiones viuunt: qua præsumptione percussum mederi properat, qui in facie vulnus portat? Ille igitur modis omnibus debet ad exemplum bene viuēdi pertrahi, qui cū cæcis carnis passionibus moriens, iam spiritualiter viuunt; qui prospera mundi postponunt, qui nulla aduersa pertimescit; qui sola interna & æterna desiderat: cuius bonę intentioni nec omnino per imbecillitatem corpus nec valde per contumaciam repugnat spiritus. Qui aliena cupienda non ducitur, sed propria largitur. Qui per pietatis viscera citius ad ignoscendum fluctatur; sed nunquam plus quàm deceat ignoscens, ab arce rectitudinis inclinatur. Qui nulla illicita perpetrat sed perpetrata ab alijs, vt propria deplorat. Qui ex effectu cordis alienę infirmitati compatitur, sic que in bonis proximi sicut in suis profectibus lætatur. Qui ita se imitabilem cæteris in cunctis, quæ agit, insinuat: vt inter eos non habeat, quod saltem de transactis mens erubescat. Hęc & alia. S. Gregorius: quæ sunt effectus illius talenti, quod virtutem appellamus: virtutes enim ad huiusmodi opera impellunt.*

NECESSARIUM est, tertium addere talentum: quod est SCIEN-

TIAE

d. 2. Paral.  
13.7.

e. Sapien 8.  
19.

2

1. Pastoral.  
c. 9. ad firm.  
& c. 10

”

”

”

”

”

”

”

”

”

Sessione 22  
de Reform.  
c. 2.  
lib 4 de Sa-  
cordosio  
prope mediū

**T**IAE: eaque non discipuli alicuius, sed magistri cum ea *sufficiens*, (ut ait Concilium Tridentinum) ut idoneus sit ad eam alios docendam, non enim bene poterit Prælati munere fungi, qui non sit bene institutus in omnibus. quæ Sacra Scriptura docet ad corrigenda, & vitia dirigendum in virtutibus; ad Diuina misteria, quæ in eis sunt reuelata, confirmanda: ut fides S. Chrysostomus ostendit. Nam Prælati, ut dictum est, sunt animarum medici. Certè, inquit, humana corpora curantibus diuersa suppetunt medicamenta. Itemque instrumentorum apparatus varij & cibis & grotantibus congrui; plerumque autem & sola aeris natura satis fuerit, ad sanitatem laboranti restituendam: alias etiam somnus, qui opportune obreplet, medicum ipsum labore omni leuat, liberatque. Ad curandum verò animas, nihil huiusmodi comminisci licet: sed vna quædam astringentisq; via tenenda, sequendaque est: nempe per sermonem Euangelicum doctrinæ, & verbum Dei, quod nobis in scriptura sua reuelatur. Siqui hoc demum instrumentum est, hoc cibus, hoc aeris temperatum optimum, hoc medicamentum instar, hoc ignis loco, hoc ferri vice, quod cauterium imprimit, hoc scalpellus quo sanguis corruptus foras emittitur; hoc syrupus, & purgatio qua deprauatus humor extra animam expellitur: ac si vel vrere vel secare opus, hoc ipso vti necesse: & hoc incertam animam suscitamus, & tumescentem compescimus; hoc & supercaneam amputamus, & quæ desunt supplementis; infirmam in fide hoc confirmamus, & animum ad perseverantiam addimus: cæteraque omnia conficimus, quæ ad animi conferunt incolumitatem. Hic enim locum habet, quod Diuina dixit sapientia: *fneq; herba neq; malagma sanant res, sed tuus Domine sermo, qui sanat omnia.*

f Sapien. 16.  
12.

**S**YN T etiam Prælati spiritualis militiæ duces, in qua innumeri sunt hostes inuisibiles, milleque artibus & modis instructi ad ipsos & eorum milites, qui sub eorum vexillis militant decipiendos: ac proinde necesse est, eos omnium illarum artium scientiâ pollere: si enim Daemon presentiat, vel vnus illarum esse ignorantiam, illâ vteretur ad eos oppugnandos subtrahet se verò, cum pastoris senserit omni scientiâ esse præditum insidiarumque omnium suarum esse gnarum. Accedit, quod etiam ipsa fides ab innumeris hæreticis oppugnatur multis variisque erroribus, & virtus vexatur à multis malis Christianis mille modis valde noxijs. Cum autem Prælato incumbat obligatio, illa auerendi, & impediendi, necesse est, eum habere valde perfectam omnium cognitionem. Ac propterea Apostolus commendat Timotheo Episcopo discipulo suo, ut attendat *lectioni, exhortationi, & doctrinæ.* & iterum monet eundem, h v; *sermone in ijs qua didicit: quis ab infantia sacras litteras nouerat. omni enim, inquit, scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum,*

g<sup>1</sup> Timoth.  
4 13.

h<sup>1</sup> Timot  
3 14.  
i Tit. 1. 9.

donum, ad erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus. Et scribens ad Titum addit: vt i potens sit exhortari in doctrina sana, & eos, qui contradicunt arguere, si enim ignarus & idiota sit, non poterit eis obstruere ora, nec resistere, nec subditos suos à deceptionibus liberare. Denique scientiâ suâ Prælati primum ferculum siue pastum præbent suis ouibus, docentes eas quod ad suam salutem ac perfectionem facere debent. Et hoc est officium ipsorum valde proprium, iuxta illud quod dixit Dominus: *k dabo vobis P. stores. & possidet vos scientiâ & doctrinâ.*

Ex his deducitur etiam necessitas quarti talenti, P R V D E N T I A E scilicet in gubernando: quæ donum est à scientia distinctum, & multi valde eruditi eâ carent; estq; proprie illa sapientia, quam Salomon petijt & accepit à Deo, cum omnibus eius actibus & officijs: de quibus in secundo Tomo egimus. Et hæc magnam habet connexionem cum experientia, quæ annorum decursu obtinetur: cum videntur multa & obseruantur. Ac propterea Prælati deberent esse senes: nã absque veneranda senectute, & canicie hæc experientia non habetur. Ideoq; in Scriptura appellatur *l Seniores*, quod significat viros maturos, ætate valde prouectos, valdeque expertos: quales esse debent medici, ac duces, vt rectè dextreque suo munere fungantur. Præterea prudentia Pastoris (ait S. Chrysostomus) eiusque solertia munit quasi murus ciuitatem Ecclesiæ, & ita illa est valde turata. Etiam est quasi specula, ad obseruandas hostium infidias: in d est quasi quodlibet belli instrumentum aduersus eos. Prudentia enim & solertia suâ vniciueque applicat remedium conueniens iuxta eius necessitatem. Ac propterea Salomon dixit, quod cum in ciuitate quædam parua obfideretur à Rege quodam magno, inuentus fuerit in ea vir pauper & sapiens: (hic est Prælati spiritus pauper, ac cœlesti sapientia Sapiens) & liberauit urbem per sapientiam suam, à periculo in quo erat constituta.

S E D quoniam virtus, scientia, & prudentia hominum exiguæ sunt; & quod sunt in vasis fictilibus debilis ac fragilis carnis, opus habent quinto talento, dono scilicet orationis & contemplationis, quæ impetrat à Deo inspirationes, mentis illustrationes & auxilia copiosa, quibus reliqua talenta suos actus exercent; & contemplatio n̄ introducit Prælatum in cellam vniuersam Dei, & in intimos sapientiæ eius recessus, vbi discit scientiam gubernandi; recipitq; actus veri amoris ac zeli, quibus oportet gubernare. Item cum Prælati officium sit, vt dixit Moyses, *o esse sequestrum & medium inter Dominum & homines*; & orare causamque illorum agere: necesse est, cum habere donum orationis cum fiducia, cui illa innititur: vt eius in recessibus feliciter exaudatur, & expediat. Ille (inquit Sanctus Gregorius) aptus est vt fiat Prælati, qui orationis vsu & experimento iam didicit, quod obtinere à Domino, quæ poposcerit, possit: quasi ei speciatim

i Tit. 1.9.

k Jerem. 3.1

Tract. 4. c. 8

l Num. 11.

16

AA 15.4 &

e. 20.17

Supra.

m Eccl. 9.15.

5

n Cant. 1.4.

& c. 2.6.

S. Bern. 4

Les. Jerem. 23

o Deut. 5.5.

9. P. Pastor

e. 10. ad fi

nem Ep. 11.

11

p. 151. 58. 9.  
iuxta LXX.

lib. 4. de cō-  
sideratione.

C Nisi cum  
pridem. De  
Renuntia. t

q. 1. Corin-  
th. 1.  
Eccl. 37. 18

dixerit illud Prophetę p. adhuc loquente te dicam, ecce adsum: vt scilicet cō-  
cedam quod petis. Ex quo infert hic Sanctus necessitatem, qua Prælatas  
teneretur esse valde iustus. Nam si quis offensum & iratum sibi habet Prin-  
cipem, cum quo non haberem singularem amicitiam & familiaritatem,  
peteret à me, vt pro ipso intercederem, statim me excusarem, dicens, me  
non habere familiarem aditum ad illum Principē ad huiusmodi causam  
tractandā: si igitur homo refugit intercedere apud alium quem non no-  
uit: quomodo audet officium obire intercessoris pro populo; qui in se nō  
habet indicia & aliquod testimonium, quod sit gratus Deo: Et quomodo  
audebit pro alijs veniam petere, qui existimat ipsum Deum sibi esse ira-  
tum? Potius enim vereri debet: temeritatem intercedēdi pro alijs, auctu-  
ram Dei contra se iram Prælati, ait S. Bernardus. tales esse debent, vt dex-  
teritatem & vsum orandi habeant; ac de omni re, orationi plus fidat, quā  
sua industriæ vel labori, ita vt sperent Deum propter orationē daturum  
labore & industriæ efficacitatem necessariam, vt voti sui compotes es-  
sant. Cū autem contemplationis finis sit vnio cum Deo per inflam-  
matum amorē charitatis; hæc est præcipuum talentum, quod valde sup-  
plet defectus perfectionis reliquorum. Ac propterea dixit Innocentius  
Papa; et si desideranda sit eminens scientia in pastore: in eo tamen sit competens  
toleranda: quia secundum Apostolum; q. scientia inflat, charitas adificat, & talis  
imperfectum scientia potest supplere perfectio charitatis iuxta illud Ecclesiasti-  
cæ anima viri sancti enuntiat aliquando vera, quā septem circum spectores sele-  
tes in excelsis ad speculandum: sanctitas enim illum erigit ad locum altiorem  
ad ipsum scilicet Deum, à quo supernaturali lumine docetur, quod hu-  
mana scientia non assequitur. Præter hæc autem quinque talenta necesse  
est, Dominum qui illa distribuit, velle, vt illa huic officio & mu-  
neri applicentur: ex eius enim voluntate, eorum efficacitas  
dependet, vt in proximo capite dicitur.



## CAPVT IV.

ABSQVE DEI VOCATIONE VALDE PERICVLO-  
sum esse statum Pralationis procurare; aut etiam oblatum ad-  
mittere; & ostenditur modus in electionibus  
seruandus.



X DICTIS IN PRAECEDENTIBVS CAPITIBVS  
deducere licet modum ascendendi ad Statum & officium  
Prælati, sequendo scilicet ordinem Diuinæ vocatio-  
nis; sine qua (vt Apostol. dixit) *anullus assumere sibi debet  
hunc honorem*, sicut neque Aaron eum sibi accepit quem  
admodum fusc dictum est in Tractat. de Sacerdotio:  
quicquid enim ibi dictum est, multò magis conuenit Episcopatu, &  
Prælatu; qui Status est virorum perfectorum, quàm Sacerdotum  
communium: eò quod esse debeant etiam aliorum Magistri, quos doceant  
perfectionem; & ob pericula, quæ secum adfert animarum cura.  
Quamobrem Deus D. N. nunquã vocat ad statum Episcoporum & Præ-  
latorum, nisi eos, qui digni sunt & perfecti; aut quos sua vocatione tales  
efficit ex speciali priuilegio: quemadmodũ fecit cum Sancto Paulo, quem  
simul & in vno momento deduxit ad Statum gratiæ, & perfectionis; &  
vt esset eius Magister in toto mundo; S. Petrum autem prius vocauit, vt  
b ipsum sequeretur; eumq; cõtinuit per tres annos in sua schola: post reur-  
rectionẽ autem, cum ter eum interrogasset, an ipsum deligeret; illeq; res-  
pondisset *tu scis quia amo te*: tunc illum Pastorem constituit ouium sua-  
rũ. Cæteros autem Apostolos etsi ad idem Ministerium elegit: noluit ra-  
men, vt illud prius exercent quàm spiritus Sancti plenitudinem accipe-  
rent, d *virtute induerentur ex alto*. Dicuntur autẽ pleni spiritu diuino, eò  
quòd (vt S. Thom. explicat) tantãa Deo D. N. gratiam & auxiliũ accipi-  
ant, quanto opus habent ad implendum, quæ Status & officium sibi  
cõmissum exigit. Quæ gratia, vt sæpẽ dictum est, venit cum ipsa vocati-  
one & electione Dei. In cuius testimonium, cum Moyses conquereretur,  
quòd non posset solus totius populi onus portare, ac Dominus iuberet,  
eligi septuaginta viros de senibus Israel; qui ipsum iuarent dixit: *e affe-  
ram de spiritu tuo tradamque eis, vt sustentent tecum onus populi*. Sic enim insi-  
nuauit, iuxta distributionẽ oneris distribui etẽ spiritũ & auxiliũ ad illud  
portandũ: nulli. n. vult Dominus noster onus maius imponere, quã fer-  
re possit: *A propterea talẽta distribuit seruis, vnicuiq; se: undũ proprã virtutem*

a Hebr. 1.4.

Tra 1. c. 6.

Actũ 9. 15.

b Matth. 4.  
13.Ioan. 15. 16.  
c Ioan. 21. 15d Luc. 24.  
49.  
3. p. q. 45. a.  
10.e Numer. 11  
17.f Matth. 25  
15

hoc est iuxta vires quibus indigent ad munus obeundū quod illis committit Quare ijs, quos elegit, vt sint Prælati, tradit quinq; illa talenta, quæ proximo capite retulimus in eo gradu, qui cōuenit vnique Quamuis aliquibus cum maiori præbeat excellentia, quam alijs præueniens eos aliquibus auxilijs ad eos alliciendos prius, quàm officium aggrediantur. Præterea sanctum Ordinis Sacramentum, cum habeat plures gradus in suis ministerijs: diuersos gratiæ gradus eis proportionatos præbet in ipsorum Ministrorum consecratione. maiorem enim præbet gratiam Sacerdotibus, quam Diaconis; & Episcopis, cum consecrantur multum auget gratiam ad noua ipsorum ministeria. Quæ gratia non solum est illa, quæ sanctificat; sed etiam complectitur inspirationes, illustrationes, & reliqua necessaria auxilia ad suos obligationes plene præstandas.

## §. I.

**V**T autem discernatur modus quo Diuina vocatio in his auxilijs innotescit: supponendum est, Deum D. N. raro aut nunquam ad prælationē vocare inspirationibus aut impulsibus vehementibus, quibus solet vocare ad statum gratiæ aut Religionis, cuius immitit desideria; & impellit ac stimulat, vt eam amplecti studeant: potius vt plurimum inspirat cum vehementia quadam suis electis, vt huiusmodi officia, quantum in ipsis est subterfugiant: sic enim fouet virtutum humilitatis, quæ est lapis Lydius ad veras inspirationes dignoscendas. veri enim humiles iudicant se indignos præcelso huiusmodi statu, qui magnam requirit puritatem, & humeros Angelicos. Iudicant, se non esse sufficientes ad reddendam bonam rationem de animabus aliorum, timētes seueritatem, quæ Deus rationem ab eis exiget in die iudicij. Timent etiam pericula, quæ secum adfert honor huiusmodi dignitatum; & possessio Bonorum ac Reddituū, quæ illis est annexa. Ac propterea virtus humilitatis eos impellit ad eas fugiendas, cum ad eas eliguntur ab hominibus, abdūt sese, & omnē possibilem dāt operā, ne illas admittāt: donec ipsis clarior de diuina volūrate cōstet: cui tāquā filij obedientiæ nō volunt pertinaciter repugnare. Huius veritatis testes sunt Sancti Episcopi Nicolaus, Martinus, Ambrosius Augustinus, Chrysostomus, & multi alij: qui tantum laborarunt, vt subterfugerent dignitatem, quantum multi nunc laborant, vt eam obtineant. Admirandus omnino est Dialogus S. Chrysostomi cum S. Basilio, quem ipse se refert in sex liberis de Sacerdotio: in quibus multis rationibus, quarum fundamenta in præcedentibus capitulis proposuimus persuadet plurimum sua interesse fugere Episcopatum. Idem fecit S. Greg. Papa: qui reddit facti sui rationem, dicens in suo Pastoralī: *Christum D. N. fugisse in montem, cum homines vellent facere eum Regem: qui tamen b venturibus ad ipsum capiendum, vt crucifigerent, obscurum*

S. Greg. 1. p.  
Pastoral. c.  
6. c. 3.

1 p. Pastor c.  
3  
a Ion. 6. 15  
b c. 18. 4.

prol. p.

proceſſit. vt exemplo ſuo nos doceret, fauores huius mundi fugere, timentes eius proſperitates, non timere autem eius terrores, ampelcentes potius eius aduerſitates. ſæpe enim ſtatus & officia honorifica cor extollunt ad ſuperbiam, vitijs maculant, & ſui ipſius obliuiſci faciunt; & vt iacturam faciant virtutis & profeſtus, quem in ſtatu humili ſibi comparauerant: vt apparuit in infelici Saule, qui viſus eſt præuidiſſe talem ruinam, cum eſſet in ſtatu humili. Cam enim ſciet, Deum ipſum in Regem elegiſſe: cum quæreretur vt regnum acciperet, *c non inueniebat ur; ſed abſconderat ſe domi.* Huius factum moraliter exponens S. hic Doctor, dicit: prælationem habere bonorum exteriorum, onus veid. interioris: Prælati enim honoratur, quidem à ſuis ſubditis, ſed eiſdem oneratur. Quamuis ipſemet honor ſit magnū onus: quod ſimul debet contemnere & amplecti: contēnere quidem ob vtilitatē propriā ne ex eo euaneſcat; amplecti verò, ob vtilitatem ſubditorum: vt æſtimare illi norint, quod ipſe dixerit. Adeò tamen eſt difficile, vtrumque hoc coniungere: vt melius intelligi poſſit, quàm explicari: eſtque fere impoſſibile, imbecilles ferè fortiter aliorum onera, acceptantes honorem, boni ipſorum gratiā, quitali honore ſuſcepto euaneſcāt. Ac propterea viri Sancti horrent has dignitates ſuſcipere; abſcondunt ſeſe, ac fugiunt, cum commodè poſſunt, ne eas acceptent. Hoc etiam modo Moyſes, cum Deus curam populi Iſrael ei committebat, excuſabat ſeſe cupiens eam non acceptare: vt debiles intelligant, quàm grauiter errent, ſponte ſe offerentes ad has dignitates; & humeros ſupponentes alienis oneribus, qui vix poſſunt propriā ferre. Prædicta ſunt S. Gregorij. Idem autē confirmat S. Cyprianus, & S. Leo Papa dicentes: eos qui à Deo eliguntur ad hæc officia, ſemper eſſe tales, vt non ambitioſè ea quærant; ſed demiſſe, quiete ac modeſtè potius fugiant, quàm aggrediantur. Ex quo tacile intelligitur: magna deſideria, quæ aliqui in ſeipſis ſentiunt, tales dignitates & officia habendi, antequam Dei voluntatem de ea re nouerint, ordinariè non eſſe impuſus ſpiritus ſancti; etiam ſi ſpeciem habeant zeli & charitatis; ſed potius cenſenda eſſe ſuggeſtiones dæmonis, ſpiritus ambitionis & cupiditatis, qui honore & redditibus temporalibus fouetur. Neque eſt quòd ſe tueantur Apoſtoli ſententiā dicētis: *d qui Epif opatum deſiderat, bonum opus deſiderat.* Nam ( vt S. Gregorius explicat ) de eo loquitur Apoſtolus, qui non honorem & temporalia Episcopatus bona deſiderat, ſed eius labores, crucem, & onus, in eo tempore, quo Episcopum eſſe, erat offerre ſe ad martyrium, & exponendam vitam pro ſuis ouibus. Tunc temporis enim bene cenſeri poterat, tale deſiderium eſſe à Deo inſpiratum in bonum Eccleſiæ ſuæ: ſicut & nunc deſideria aliquorum Religioſorum eundem loca hæreticorum, aut infidelium ad Euangelicam veritatem promulgandā. Eoq; magis, quod S. Thomas perpendit, non dixit Apoſto-

c. 1. Reg. 10.  
22.1 p. Paſtor.  
c. 7.Lib 4. Epiſt.  
2. vel Epiſt.  
2. S. Leo  
Epiſt 84 c. 3.d. 1. Timot.  
3. 1.  
1. p. Paſtor.  
c. 8.

In 1 Timoe

3.

22 q. 185.

a. 1.

e Eccl. 7. 4

f Math. 20

g. 1. Reg. 13.

14

Lib. in c.

3.

h Ioan. 10. 1

lus: qui Episcopatum desiderat, bonum habet desiderium; sed bonum opus desiderat. Quo loquēdi modo insinuauit: quamuis res, quæ desideratur, bona sit: desiderium tamen eius posse esse prauum, & ambitiosum. Episcopus enim, vt ibi dixit Apostolus, debet esse irreprebensibilis: hoc est vitam ad sanctam ducere debet, vt nullus in ea aduertat, quod possit reprehendere. Atque ita idem Angelicus Doctor ait. regulariter loquendo esse superbiam, ac præsumptionem, desiderare esse Episcopum: qui idem est atque existimare, se perfectum esse & vitam inculpabilis. Cū igitur nemo certus esse possit, quod talem vitam ducat, nec se vires & humeros habere ad tantum onus ferendum: non debet sibi persuadere, desideria, quæ in se sentit ad illud quærendum, esse à Deo: cuius spiritus omnibus dicit e: noli quærere à Domino ducatum, neque à Rege cathedram honoris. vt autem bene percipiatur noxia radix, ex qua tale desiderium oritur quo se quis iustum ac sapientem reputat, addit: non te iustifices ante Deum, quoniam agnitor cordis ipse est: & penes Regem noli velle videri sapiens. Noli quærere fieri iudex, nisi valcas virtute irrumperere iniquitates: abijciendo scilicet eas primùm à te & postea ab alijs. Hoc Spiritus Sanctus suadet: vt intelligamus, huiusmodi dignitates neque à Deo orationibus esse petendas quia dicit nobis quod filijs Zebedæi: nescitis quid petatis; neque apud Reges procurandas, ad quos spectat, proponere promouēdos; neque, ut ostendendum nobis esse quod coram Deo digni simus qui eas habeamus; neque merita nostra hominibus proponenda; imò neque acceptandas etiam oblatas, donec satis nota sit virtus, & facultas propria, & multò amplius Dei voluntas nobis innotescat; à quo omnis rei huius relictudo dependet. Ipsi est enim, eos eligere & quærere: ipsis nihil tale quærentibus; vt videre licet in euentu reprobationis Saulis ob eius inobedientiam. dixit enim ei Samuel: g. Quasiuit Dominus sibi virum iuxta cor suum: & præcepit ei Dominus, vt esset Dux super populum suum, In quem locum perpendit S. Gregorius: retulisse Samuelem, quod Deus facere cogitabat, quasi iam factum ad significandum, quod ab æternitate sua id disposuisset. Dicit autem: Deum quasiuisse hunc virum iuxta cor suum, vt doceret: Prælatos esse quærendos, ipsis non se immiscentibus ambitiose: & addit. quod Dominus eis præceperit: vt intelligatur, eos potiùs esse cogendos, vt acceptent; quam solâ tuâ voluntate accedere debere. Præ omnibus tamen maximè est perpendendum, quod dicantur debere esse viri iuxta cor Dei, ob vitam excellentiam, & eminentiam Charitatis. Hoc explicari commode potest parabola illa, quam Christus D. N. Pharisæis proposuit: h. Qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde: ille fur est, & latro. Qui autem intrat per ostium, pastor est ouium. Huic ostiarius aperit, & oues vocem eius audiunt. Ego sum ostium ouium. omnes quotquot venerunt & per me non intrarunt su-



res sunt & Latrones, In qua parabola, omisso principali eius sensu, eaq; ad propositum nostrum applicata, Christus D. N. seipsum Appellat vnicum ostium, quod viri ac perfecti Pastores ingredi debent in ouile ouium eius rationalium, quod est Ecclesia & communitas, quam sunt gubernaturi. vocatur autē ostium, quatenus ex eius electione, & ordinatione; hoc est iuxta leges & regulas, quas ipse praescribit, ingreditur quis dignè ad dignitates & Prælationes. Est tamen i *angusta porta, & arcta via*, qualis est, *qua ducit ad æternam vitam*: quæ nõ capit superbos, tumidos, ambitiosos, & cupidos huius mundi; sed humiles & paruulos, qui imitantur ipsum Dominum dicentem: *k discite à me quia mitis sum & humilis corde*. Reliqui aliam quarunt viam quâ ascendant. Neque absque aliquo mysterio verus est Christus D. N. verbo illo: *ascendit aliunde*, vt insinuaret, omnes illos accedere permotos à spiritu suberbo ascendendi; vt pluris apud homines fiant, quærentes honorem ac temporalem vtilitatem, etiam cum detrimento ouium: etiam si ipsi nec virtute, nec scientia, nec alijs talentis præditi sint, quæ tale officium exigit. Ac propterea digni sunt qui appellantur *fures & latrones*: quia cõtendunt furari quod nec ipsorum est, nec eo sunt digni, sed ad id obtinendum adhibent media illicita ac detestanda contra voluntatem Dei, & eius Ecclesiæ. His igitur ostiarius, qui est spiritus Sanctus non aperit, aut (vt ait S. Augustinus) est ipsemet Christus, quâ Deus: cuius clauis est Diuina eius inspiratio: qui nec vocat eos, nec allicit, nec inspirat ingressum in ouile: sed contra eos potius dicit illud Prophetæ: *ipsi regnauerunt, & non ex me; Principes extiterunt, & non cognoui*. Horum autem aliqui nec veri sunt Pastores, nec veram habent iurisdictionem; sed nomen tantum: quia tale ius per Symoniam vsurpant, ementes ipsam dignitatem, & pecunijs eam comparantes. De quibus propterea dixit S. Gregorius: *Quicumque hoc pretij studet datione mercari, dum non officium, sed nomen attendit, Sacerdos non esse, sed dici tantummodo inaniter concupiscit*. Alij sunt veri pastores quo ad dignitatem & officium: censentur tamen mercenarij, eò quòd illud quaesierint propter ambitionem & cupiditatem, & per media ex peissimis huiusmodi radicibus orta: nec habentes dotes, & talia ad illud requisita, vt apparet ex eorum fructibus, de quibus Dominus per Ezechielem dixit: *in greges sed semetipsos pascebant*, lacte scilicet & spolijs eorum. Denique omnes hi non intrant per ostium, quod est ipse Christus: quia eum non imitantur in modo, quo ipse ingressus est in Pontificatum suum. Nam, vt dixit Apostolus: *CHRISTVS non semetipsum clarificauit, vt Pontifex fieret; sed qui locutus est ad eum, optimè sibi notum: Flius meus es tu, ego hodie genui te*. Sic insinuans, rectam pastoris electionem præcipuè ad Dominum nostrum pertinere: qui, vt dixit Moyses in hoc ipsum propo-

situm

i Matt. 7. 14

k Matt. 11. 20.

Traç 46. in Ioannem

l Osee. 8. 4.

libro 7. Epi- st. 110 Refer tur 1. q. 1. c. Quicumque

in Ezechi. 4. 2.

n Hebr. 5. 5.

o *Lucum. 27.*

16.

p *Act. 1. 24*

q *2. Cor. 36.*

c. 4. 5. & 6.

litum, o est Deus spiritum omnis carnis; & nouit, quid sit in vnoquoque, & vt Apostoli in electione S. Matthiæ dixerunt: p nouit omnium corda: ac proinde scit quis sit aptus ad talia officia, aut qui ingenium & industriam habeat, vt cum ipsius Dei auxilio facultates sibi compareret, quibus aptus reddatur. Ipse enim est, qui ( vt ait Apostolus ) q idoneos facit Ministros N. u. Testamenti, & solet manifestare voluntatem suam & electionem, quam ab aeterno disposuit in pectore suo per aliquam ex quatuor illis vijs subpositis in primo Tract. Tomi 2. in quibus omnes modi insinuantur ingrediendi per rectum ostium ad huiusmodi dignitates

§. II.

I

**P**RAEMISSIS que ibi sunt dicta, explicemus nunc paulo amplius hoc electionis modos, ex ijs que habentur in Actis Apostolorum: vbi non legimus, quod qui eligebantur sese ingesserint, aut quaeruerint suam electionem: sed ipsemet Deus per se, aut per eos homines, ad quos spectabat eligere aut Electoribus offerre ipsos eligendos: qui semper eorum optimi inter ipsos; & præmissa oratione, & consultatione, cum magna consideratione: vt videre licet in tribus insignioribus Electionibus, que ibi referuntur. Quarum vna fuit Antiochiæ: vbi erant multi Prophetæ ac Doctores, qui cum die quodam ministrarent Domino, dixit illis spiritus Sanctus a: *segregate mibi Saulum & Barnabam in opus ad quod assumpsi eos.* Vbi Deus manifestauit æternam suam electionem per expressam reuelationem: quam tamen reuelationem non ostendit ipsis electis, sed reliquis Prophetis ac Doctoribus, qui impostiuri erant manus super illos, quod iuxta multos Doctores, fuit ad consecrandos eos in Episcopos.

a *Act. 13. 3*

Vide Lorinū  
ibid.

2

ALTERA Electio fuit in Cænaculo in Ierusalem, vt constitueretur Episcopus & Apostolus loco Iudæ. Et consilio ac directione S. Petri qui caput erat Ecclesiæ, b statuerunt duos, Ioseph qui vocabatur Barsabas, quos ob insignem Sanctitatem cognominatus est iustus & Matthiam: ( de quo facile est existimare quam fuerit Sanctus, qui Barsabæ fuit prælatus ) quos cum supremo Electori Deo proposuissent, ipse voluntatem & æternam suam electionem sorte manifestauit ( aut vt S. Dionysius ait ) aliquo alio Diuino indicio, siue fuerit radius aliquis lucis visibilis, ( vt existimat S. Antonius ) siue columba aliqua, siue alicuius Angeli vox ( vt insinuat Cartesianus ) quia simile quid euenit in alijs Sanctis Episcopis, vt testatur Apostolus de Timotheo discipulo suo: *cuoli negligere gratiam, que data est tibi cum impositione manuum: Presbiter ergo per prophetiam: hoc est ( vt S. Thomas explicat ) per reuelationem & inspirationem spiritus Sancti: qui inspirabat & manifestabat, qui essent tali statu digni. Vt nouæ Ecclesiæ planta talium Pastorum fertore foueretur, & cresceret: quia eis deficientibus, & ipsa esset defutura. Et in eum sensum adfert Sanctus Thomas, quod prædixit Salomon*

b *Actuum. 1*  
23.

*Eccel. Hierar. c. 5. p. 3. tit. 6. Cor. 2. ibid. c. 1. Timoth. 4. 14. & c. 1. 18. In cū locum & Glossa. d. rouer. 29. 18.*

cum Propheta defecerit, dissipabitur populus: tum, videl. quando Prælatorum electio non fiet inspiratione Dei sed hominum arbitratu. Quamuis autem nunc non sint expetendę miraculosę reuelationes: expedit tamen ad imitationem S. Petri, vt antequam fiat electio; aut postquam nominati & propositi fuerint aliqui, qui digni iudicentur: recurratur per feruentes orationes ad Dominum D. N. & humiliter ei supplicetur, vt dignetur inspirare electionem suam; & lucem præbere, vt iuxta illam electio fiat. Ac propterea ipsemet Christus D. N. cum ex Discipulis suis voluit duodecim eligere in Apostolos, prius *pernoctauit in oratione Dei*, hoc est in oratione altissima, & valde prolixa. Et S. Ambrosius videtur insinuare Christum Dominum hac vice non orasse solum, vt in more habebat. sed cum suis discipulis, vt nos doceret: ad grauiam adeo negotia, & quę multorum bonum concernunt, coniungi debere orationem multorum. Ac propterea Sacrum Concilium Tridentinum statuit, vt cura primum Ecclesia vacauerit, supplicationes ac preces publice priuatimq; habeantur: atque à Capitulo per ciuitatem & Dioccesim indicantur: quibus Clerus, populusq; bonum à Deo Pastorem valeat impetrare. Quod si quis quærat cur Christus D. N. postquam orationem elegerit Iudam inter duodecim Apostolos, quem sciebat non redditurum bonam rationem de tali munere? Respondent SS. Ambrosius & Cyrillus & alij Patres: Iudam cum fuit electus fuisse bonum, sicut Saul; & voluisse Christum insinuare: ad prudentem electionem satis esse si is qui eligitur, tunc iudicetur dignus esse ac bonus: quamuis postea culpã suã se reddat indignum.

Sed ne silentio prætereamus tria singularia, quę insinuantur in electione S. Matthiæ, relicto Barfabam, qui cognominabatur Iustus. Primum, vt intelligamus, quod licet Electores debeant iuxta Sancti Apostoli doctrinam attendere, vt qui eligendus est *testimonium habeat bonum*: non tamen semper tali testimonio est fidendum, vt propterea statim alijs præferatur. Facile enim euenire potest, vt alius non tanti nominis eum excellat in sanctitate, prudentia ac doctrina, quas ipse maiori cum humilitate occultat, ac propterea refert multum recurrere per orationem ad Deum, vt dignetur Diuino suo lumine efficere, vt ille agnoscat: ipsius enim est manifestare bona talenta, quę humiles student occultare; sicut Sanctitatem Matthiæ manifestauit: cuius humilitatem significabat ipsum nomen quod interpretatur: *Dei paruum*. quod idem est atque humilis, quia scilicet paruum se reputabat in oculis Dei. Ac propterea Ecclesia in eius festo canit Euangelium, in quo Christus Dominus Noster gratias Patri agit, quod Diuina mysteria *g paruu'is reuelauerit*.

Voluit etiam Christus D. N. prætermittere Barfabam (vt aduertit Nicolaus Litanus) eò quod esset ipsius cognatus secundũ carnem, filius

e *Luc. 6. 12*  
*Lib. 5. in lu-*  
*eam*  
*Sess. 24. c. 1.*  
*de Reform.*  
*In Epist.*  
*Roma c. 6.*  
*Lib. 4. in*  
*Ioan. c. 30.*  
*vide Lorin.*  
*in Actus*  
*1. 23.*

*Timoth.*  
*3. 7.*

*Glossa.*  
*Actuum. 1.*  
*Matth. 11.*  
*25.*  
*In c. 1.*  
*Actuum.*  
*Ep. c. 4.*  
*ad fin.*

Alphei. Et hac ratione docere voluit Electores Ecclesie sue: Ecclesiasticas dignitates non esse tradendas alicui, titulo & prætextu carnis & sanguinis: ita ut, si alius adsit tali cognato dignior, is debeat ei præferri: effugere crimen acceptionis personarum; indignum, aut minus dignum digniori præferre, titulo cognationis. Et æquè est contra rectam ordinem, quod quis hoc solo titulo velit ad hæc dignitates eligi: nam apte ei respondebat Saluator, quod filijs Zebedæi: *h Nescitis quid petatis*; neque meum est hoc nomine vobis dare, quod petitis. Illud tamen etiam est verum: quod cognati, si digni sint, non debeant propterea excludi: cum ipsi in Redemptor elegerit etiam aliquos suos cognatos ad Apostolatû: quia ipse poterat eos dignos reddere; & talenta sufficientia dare ad illud munus. Electores autem, qui hanc sufficientiam non habenti, dare eam non possunt, & alias valde propendunt ad sibi carne & sanguine coniunctos, merito huiusmodi electiones suspectas habere debent propter periculum: ne affectus peruehat rationis iudicium; ac persuadeat: cognatum esse dignum, etiam si reuera talis non sit: & ita repleat Ecclesiam suis consanguineis in principis Dignitatibus ac Præbendis. In quos Electores licet accommodare illas Dei minas, quas per suos protulit Prophetas, dicens: *in qui adificati sunt in sanguinibus, & Ierusalem in iniquitate*. Illi enim civitatem Sion, hoc est Ecclesiam in sanguinibus ædificare censentur, qui in ea collocant cognatos & sanguine sibi iunctos: non attendentes neque curantes quod improbi sint. ideoque dicuntur in iniquitate ædificare: quia iniustitiâ faciunt libtrahentes pauperibus eleemosynas, ut suos cognatos & consanguineos ditent; ut supra est dictum. Ad cuius rei confirmationem horridum referam exemplum Prælati cuiusdam, ad suos cognatos valde affecti, & propensi: in cuius morte quidam eorum, iter faciens, horridam hanc habuit visionem, cum pro more antequam exiret ex hospitio orare vellet, vidit in suo Cubili præparari lectum splendido operculo auro intexto coopertum, in quo iacebat Prælati ille Pontificalibus indutus, & in circuitu lecti multi ipsius consanguinei, quos ipse ad beneficia & Ecclesiasticas Dignitates promouerat. Qui omnes flebili voce ei maledicebant dicentes: *maledicta promorio tua & exaltatio tua: tu enim es meæ perditionis causa*. Ipse autem omnes circumspiciens magno furore dixit: *maledicti vos sitis à Deo: quia vestri causa damnatus ego sum ad ignem æternum: quibus dicitis visio disparuit, quam voluit Deus defuncti Episcopi consanguineo ostendere; quia designatus erat, ut ei in ea Dignitate succederet: ut ex aliena infelicitate cautior ipse redderetur, cum intelligeret: inordinatum Prælatorum erga suos cognatos affectum, in causa esse, cur utriusque damnentur. Cognati quidem, eò quod consentunt obtinere propter cognationem, dignitatem, & locum, quo digni non sunt*

*h Matth.*  
10. 22.

*1 Michæ 3.*  
*10. Habac.*  
2. 12.

*Tract. i. c. 9*

*In speculo  
magno Ex  
emp. V.  
Beneficium  
Ecclesiast  
Exemplo, 7*

ipsi autem Prælati, eò quòd eodem illo sanguinis titulo eis eundem con-  
terant.

DE NI Q V E circa hanc S. Matthiæ electionem est aduertendum; si de-  
mur, factam illam esse per veras sortes: id factum fuisse ob tres singulares  
conditiones, quæ occurrerunt; & ad id faciendum Apostolos induxe-  
runt: specialis scilicet Spiritus Sancti inspiratio; quæ vt ita fieret suggestit:  
s; *pramissa magna oratione & multorum consultatione, & nominatis duo-*  
*b; viris adeo dignis, vt in vtrumlibet fors caderet: Apostolatus esset be-*  
*ne collocatus.* Quod tamen Apostolorum factum (vt Beda aduertit)  
non debet in exemplum adduci, vt Ecclesiasticæ Dignitates sorte confe-  
rantur. Quare idem Apostoli post aduentum spiritus Sancti, non serua-  
runt hunc electionis modum, dum *septem Diaconos elegerunt:* quæ Ele-  
ctio est in actis Apostolorum. In qua docuerunt ordinariam viam, &  
modum seruandum in Electionibus & præsentationibus quorumcun-  
que Ministrorum Euangelicorum: attendendo scilicet, vt in eis condi-  
tiones illæ & qualitates inueniantur, quæ ibi exprimuntur: quas fuse ex-  
plicauimus Primo Tract. c. 3. Quòd si tales conditiones in Diaconis exi-  
gebant; quid existimandum est in Sacerdotibus eos fecisse? Et quid in  
Episcopis: qui esse debent totius gregis suæ Ecclesiæ Pastores? Eligendi  
procul dubio sunt, qui tales habeant proprietates; & eas; quas in *Aposto-*  
*lus proponit* cum de eis instruit suos Discipulos o *Timotheu & Titum:* ita vt  
illi sint optimi, & Spiritu S. pleni; ac donis & gratijs quæ iuuant ad of-  
ficium suum præclare, & cum excellentia præstandum. Ac propterea e-  
lectio & Ordinatio Sacerdotum, & Episcoporum olim fiebat coram to-  
to populo, & cum eius approbatione: non quòd populus eligeret Pasto-  
res, sed quòd testimonium redderet sanctitatis eligendorum: vt sciant om-  
nes (inquit Origenes) & certi sint, quia qui præstantior est ex omni  
populo, qui doctor, qui sanctior, qui in omni virtute eminentior ille e-  
ligitur ad Sacerdotium; & hoc testante populo, nequa postmodum re-  
tractio cuiquã, neque scrupulus resideret. Id totum confirmat idem au-  
thor exemplo Moylis, cum Deus illi significauit, imminere ipsi mortẽ vi-  
dens enim ille, quàm esset necessarius bonus Successor in officium su-  
um: non ausus est ipse suo iudicio aliquem eligere, neq; nominationem  
populo commisit qui solet passione aliqua duci, & subornari ac presen-  
tari; neque cogitauit de nominando cognato aliquo suæ Tribus: sed totum  
remisit ipsimet Deo cognitori n *spirituum omnis carnis,* & scienti omnium  
hominũ ingenia & talenta. Cui Dominus dixit: *tolle Iosue filium Nun, virũ in*  
*quo spiritus, & pone manũ tuã super eum:* is enim verè dignus est: eò quòd ta-  
lem habeat spiritum. Nulla hic habita est ratio cognitionis, aut humana  
amicitiæ; non ambitionis, aut subornationis: Procul enim fuit Iosue ab e-

k *Actuum.*  
123

c. *Ecclesiæ*  
*Sortileg.*  
S. Thom. 2. 2.  
2. q. 9. 5. 48.  
Bellar. 10. 1.  
lib. 1. de. cle-  
ricis c. 5.

3  
c. non statim  
Et c. non ex  
emplo 26. q.  
2. ex S. Hiero-  
nymo:  
Quia prui-  
legia singu-  
lorum non  
possunt legi  
facere com-  
munam.  
1. *Actuum*  
6. 11.

m. 1. *Timo.*  
3. 2. *Titi.* 1. 6  
Bellar. 2. 6. 7  
Homil. 6. in  
*Leuiticũ* &  
refertur c.  
licet ergo.

1. q.  
Homil. 2. in  
Numeros  
c. si ergo 8.  
q. 1.  
n. Numer.  
27. 16.

munere ac dignitate querenda: sed solum habita ratio est, quod ille esset  
 plenus spiritu Dei, per quem ille populum gubernauit.

## CAPVT V.

*QVARRATIONE SE QVENDA ET ACCER-  
 tanda sit Dei vocatio: cum pr amissa ad eam cognoscendam con-  
 sultatione satis, innotescit.*



**E**X DICTIS IN PROXIMO CAPITE DEDUCEMVS  
 TRIA valde vtilia documenta tam pro eligendis, quam  
 pro electuris, accepta precipue ex ijs, quæ SS. Gregori-  
 & Bernardus ad hoc propositum dixerunt. *Primum est, ut*  
 qui prælationem aut dignitatem (ait S. Gregorius) non ad  
 elationis pompam, sed, ad vtilitatem adipisci desiderat:  
 prius vires suas cum eo quod est subiturus onere, metat-  
 tur: vt si est impar, abstineat: & ad eandem cum metu etiam si se suffice-  
 re existimat, accedere. Tutissimum tamen est, dignitatem non accep-  
 tare, nisi consultis viris sapientibus, Sanctis, & qui ex tali promotione  
 nullum commodum expectent. Et tunc confidat in Deum: quod per  
 huiusmodi viros dignabitur ipsi aperire, quod magis expediet, iuxta ea  
 quæ diximus in Primo Tomo Tract. 1. cap. 6. In qua re valde cauti esse  
 debent, qui consuluntur: ne in re tanti momenti temerè se se precipitent:  
 quemadmodum monet S. Bernardus respondens Brunoni electo Colo-  
 niensi Archiepiscopo, & querenti ab ipso: an iudicaret, dignitatem il-  
 lam acceptandam. Cui vir Sanctus, agnoscens interrogationis difficulta-  
 tem, hunc in modum respondit: *Quæris à me consilium, vir illustris Bru-  
 no: an volentibus te promouere ad Episcopatum acquiescere debeas.  
 Quis hoc mortalium definire præsumat? Deus forsità vocat: quis audeat  
 dissuadere? Fortè non vocat; quis appropinquare consulat? vtrum verò  
 vocatio Dei sit cum non sit: quis scire possit excepto spiritu, qui scrutatur  
 etiam alta Dei: vel si cui forte reuelauerit ipse? Et postquam alias insinua-  
 uit difficultates, quæ in vtramque partem occurrere possunt, excusat se  
 à dando consilio in re sibi non nota: vtra scilicet pars ei magis expediret.  
 Remittit verò illum ad virum alium Sanctum, qui in eadem Colonia  
 Ciuitate manebat: quæ meliùs presentem presens de talibus interroga-  
 re poterat; & expeditius ab eo responsum accipere. Ex qua S. Bernardi  
 responsione apparet, quanta cautela merito sit adhibenda in proferenda  
 sententia circa huiusmodi dubia: siquidem vir ad eò illustratus à Deo;  
 qualis*

*Lib. 7 Epist.  
 110.  
 Refertur  
 191.  
 c Non est  
 puzanda.  
 Epist. 80*

qualis erat ipse S. Bernardus, excusat se à tali consilio dando: præcipue cum consultiatio, & consultantis notitia non nisi ex literis habetur: quæ nunquam par est ei, quæ ex colloquio & familiari aliàs notitia habetur. **M** V T O tamen magis expedit ipsi electo, cupienti scire, quid sibi ad salutem suam magis conueniat: accedere ad viros cœlesti luce illustratos, qui bonum possit ei præbere consilium; Deum quæ D. N. supplicem orare, vt omnem propensionem & affectum ad rem, quæ futura esset suæ cōdemnationis causa, dignetur remouere. Hoc possumus duobus stupendis exemplis confirmare. Alterum refert S. Hieronymus de quodam S. Monacho in Episcopum electo, ac timente Episcopatus periculum, (quo inquit, g. auius aliquid, aut periculosius nequit cogitari; quia raro per gradus Dignitatem ascendit homo, qui in se multo grauius non descendat) qui de eo acceptando, aut reiiciendo consuluit quendam Abbatem sanguine sibi iunctum, virum Sanctum, & Prophetiæ spiritu præditum. Qui ope ipso potius, quàm verbis ei voluit respondere: quem duxit ad excelsum quoddam tectum figura quadratum & absq; vlllo repagulo: iussitque iacere super illud seseque voluere ac vertere. qui cum id aliquoties fecisset, cum prope extremitatē sese voluendo venisset, cessauit: cum quæ Abbas ei diceret, vt pergeret: respondit: se non audere, quòd timeret ex loco ad eò excelso cade- re, & mortem sibi adsciscere. Statim eum deduxit ad locum alium dentissimū ac planum; iussitq; etiam in eo sese voluere, quod cum aliquandiu fecisset absque vlllo timore, dixit ei Abbas: surge, & vade; & sic quod potius tibi videtur. Ex quo responso pius Monachus intellexit periculum, quod sibi immineret in Episcopatu: ac propterea illum recusauit acceptare. qui post paucos dies mortem obiens, apparuit Abbati valde lætus, ac dixit: gratias tibi ago, Pater, ob consilium mihi datum: *nam scito, quòd nunc essem de numero damnatorum. si fuisset de numero Episcoporum.* Hoc dixit eò quòd cū Deus in finitā suā sapientiā non solum agnoscat, quod futurum est; sed etiam quod futurum esset, si homines in talibus statibus, aut officijs & occasionibus ponerentur; solet beneuolā suā providentiā confidentibus ei cum desiderio ipsi placendi, id auferre ac remouere, quod futurum esset eis perditionis occasio. Id quod facit Deus, aut per ipsos prælatos, qui gubernant; aut per bonos Consiliarios; aut per vehementes suas inspirationes: vnum tamen in hoc Prælationum ac dignitatum negotio addere auisim: vt cū Cōsultores non suadent quod est ex se rutiū pro salute ipsius eligendi, sed quod alijs est vtilius: si is, qui illos consulit, sentiret in se vehementes impulsus ad non acceptandā Prælationē: debet eos valde diligenter examinare. Quod si deprehēdit, nō prouenire ex pusillanimitate, aut tepiditate; sed ex humilitate ac Dei timore, bono fundamento innitēti; simul vero ad esse signa

In Reg. Mo-  
nachorum.  
c. 15. Tomes

& iudicia diuinarum inspirationes: tales inquam impulsus preferendos esse iudicijs Electorum, & Consiliatorum: (excipio tamen semper ordinationem obedientiae) tunc enim signum est, Deum. D.N. velle per ipsum supplere defectum consiliorum humanorum; & suadere, quod est magis tutum ei, qui diuinæ ipsius prouidentiae fidit. Quod licet videtur eo, quod euenit Canonico cuidam Regulari Parisiensi, virtute, nobilitate ac eruditione insigni: qui cum esset electus in Episcopum, noluit Dignitatem acceptare contra iudicium multorum, qui, vt acceptaret, suadebant. Is enim post multos annos à vita discedens, statim post mortem apparuit cuidam suo socio, cum quo fuerat arcta amicitia coniunctus: qui statim atque illum vidit, valde lætus ei dixit, se valde sollicitum fuisse, & anxium, timentem, ipsum diurnas & graues Pœnas passurum in purgatorio, eò quod Seniorum & prudentium virorum iudicio restitisset, recusando Episcopatum, in quo potuisset multum boni subditoium amantibus fecisse: Ipse autem defunctus ab ea deceptione amicorum suorum liberatus uit dicens: In me hæc ordinauit Clementissima bonitas Saluatoris: qui tunc timui, & nunc scio quod si Episcopatus Cathedram ascendissem, perpetuæ damnationis periculum incidissem. Quod cum dixisset, comingenti quodam splendore ex amici oculis euauit. Hæc exempla electis ad similes Dignitates vsui esse debent: vt in huiusmodi Dignitationibus acceptandis nec iudicium proprium solum sequantur, nec fidant quibusuis Consiliarijs, sed diligenter examinent impulsus & sensa, quæ percipiunt, & quibus illa fundamentis innitantur, & recurrant ad Dominum, oratione & fiducia magnâ petentes, ne permittat ipsos decipi in re tanti momenti, ad salutem suam pertinentem. Quo nomine valde tutum est votum, quo Professi Societas Iesu se se obstringunt non procurandi neque admittendi huiusmodi Dignitates, nisi accedat obligatio obedientiæ ei qui potest id sub pœna peccati præcipere. Et S. Thomas hoc votum approbat, vt in alio loco ostendimus.

ALTERVM documentum S. Gregorij est pro ipsius Electo. ibus, vt contentur non recedere excusantem se ab acceptandis huiusmodi Dignitatibus: sicut is inquit, qui inuitatus renuit, quæsitus refugit, sacris Altarijs est admouendus: sic is, qui vltro ambit, vel importune se ingerit, est peculiar dubio repellendus. Nam qui sic nititur ad altiora conscendere, quid aliud nisi agit vt crescendo decrescat; † & ascendendo exterius, intus in profundum descendat? Idem confirmat S. Bernardus præclara aliquid quadam sententia ad Eugenium Papam: *Pro quo rogatus, si suscipiam; quis rogatus, iam iudicatus est.* Parum enim interest, quod quis per seipsum roget an per alium. Ne eligas volentes & currentes; sed resistentes ac fugientes. Hos coge & cõpelle officium acceptare: Nam fugientes honorem, ostendunt

In speculo  
Magno Ex-  
omni. verbo  
Prælati  
Exemp. 6.  
Ex T. o. ma  
Contipras  
lib. 1. de pro-  
priet. apum.  
9.6.

In constit.  
p. 5. o.  
2. 2. 9. 185. a.  
1. ad 3.  
Tomo 2.  
Tract. 6. c. 5.

R. fertur c.  
sicut 16. 1. 9.  
9

lib. 4. de cõ-  
derat.



dunt se illo esse dignos. Et ipsemet Deus, qui eis fugam ob humilitatem inspirat, gaudet quod Electores eos eligant. utpote valde aptos ac sufficientes. Quamvis autem hic multa exempla adferre licuisset: unicum tantum referam Abbatis Fastradi, qui Sancto Bernardo successit. Is enim, cum esset parui alterius Conuentus Abbas, electus fuit à monachis Clarenallensibus in Abbatem sui Monasterij, quod erat amplissimum. Quod cum ipsi innotesceret, ex humilitate sua, timens illud onus, fugit & abscondit se per dies aliquot in quodam Carthusianorum conuentu. Vbi continua oratione supplex Deum orabat, vt à tali periculo ipsum liberaret: Et die quodam fuit in spiritu raptus, videtque virginem Sacratissimam cum preciosissimo filiolo in vlnis. Et ipse statim procidens ad eius pedes supplicabat, vt ipsius miseretur. Cui Virgo sanctissima respondit: *Cur tu aegerus homo?* & tradens ei infantulum suum Iesum sicut tradiderat S. Simeoni: adiecit *Accipe filium meum, & serua illum.* Et statim visio disparuit, Abbas verò ad seipsum reue: sas ex visione intellexit. Dei voluntatem esse vt gubernationem susciperet illorum Monachorum, qui erant vna Christi membra ac fideles Matris eius serui, quæ talem se esse ostendit, impetrando ijs quos tanquam filios reputat, statum illum & officium magis ipsis expediens. Ipsorum verò est tanquam verè obediētium, illud acceptare, sicut sanctus hic vir fecit. Et hoc tertium est documentum magni momenti in huiusmodi vocationibus & Electionibus. Non enim est minus periculosum extremum illorum, qui cum ex Dei voluntate eligantur Electoribus piè ac prudenter iudicantibus, eos aptos esse, & habere talenta ad Praelationem; pertinaciter tamen Diuinæ vocationi resistunt & in Christiana perfectione, quam quærunt deficiunt: in ipsa scilicet obediētia, quæ inclinatur & impellit eos ad propriam voluntatem abnegandam, vt diuinam expleant, & in humilitate, quæ ipsos instigat ad proprium iudicium abnegandū, & alieno subijciendum; & in fiducia in Deum ipsum vocantem, qui non prætermittet auxilium suum ipsis præbere; deficiunt item circa securitatem propriæ conscientie; quæ non consistit in angulo & recessu, sed in protectione ipsius Dei: cū qui iustus est tutus in loco excelso; & sine qua etiam in infimo est periculo expositus; in charitate quoque & amore Christi deficiunt: vt qui reculent eius oues pasce: re; Ac denique defunt amori erga proximum, & ipsius Saluatoris oues: quibus nolunt præstare quod possunt. Et fortè ob nimiam resistantiam habentium talenta ac dotes bonorum pastorū, incidit electio in aliquos indignos, qui sunt rapaces, aut cupidi mercenarij. Hoc nobis insinuat parabola illa a lignorum, quæ uerunt vt uingerent super se Regem, dixeruntque alijs: *in per a nobis. Quæ respondit. nunquid possum deserere pinguedinem meam, & uenire ut inter ligna promouear?* Cumque idem dicerent *sico.* illa quo-

quæ repu-

In speculo  
Exemplorū  
verbo Pra-  
tusa. Exem. 1  
Ex Lib. de  
Exordio  
Ord. Cister-

3.

S. Gregor.  
p. pastoral  
c. 5. & 6.

a Iudicium.  
9 8.

quæ repugnauit; & idem fecit vitis *Videntes autem ligna*, arbores illas, quæ imperio dignæ erant, noluisse illud acceptare, decreuerunt illud offerre *Rhamno*: quæ statim acceptauit, ac dixit: *si verè me Regem vobis constitutur, venite & sub vmbra mea requiescite. si autem non vultis, egredietur ignis de thamo & deuoret cedros Libani.* Quid autem hoc ænigma significat, nisi quod sæpè electores defatigati excusationibus, ac prætextibus iustorum (qui cum alias apti sint, & talenta habeant ad prælationem resistunt tamen quietem, dulcedinem, & pios affectus deserant, quos in priuato suo recessu habent) illos relinquunt, & Deo sic permittente eò deuenitur, vt eligatur cupidus aliquis & ambitiosus, qui statim acceptat, & ingenti fidei & auctoritate exercere incipit officium suum, ei aculans igneos idcirco aduersantes ipsius desiderio. Quamuis autem damnum hoc non sit frequens in officijs Prælationis, quia pauci oblati resistunt, & potius multa ea obtinere contendunt; & qui apti sunt, statim atque officium offerunt, acquiescunt: Sed quoniam aliqui sunt valde timidi, & scrupulosi: expedit, eos excitare sese his & alijs rationibus, quas in Tractatu 4. c. 6. retulimus contra adferentes inanes excusationes, ne Diuinam vocationem acceptent. Post acceptatam tamen Prælationem & Episcopatum ex Dei voluntate, dare debent operam, vt contenti, quietique sint in eo statu, loco, & statione, quæ ex Diuinæ prouidentie consilio, sorte illis contingit, abiectis anxietatibus cupidis & ambitiosis mutandi stationem; ac dignitates, & beneficia noua obrinendi, non ob maiorem Dei gloriam, & animarum fructum; sed ob sua commoda maioris honoris, plurius ve reddituum. Quæ mutationes nec queri debent, nec oblatæ acceptari nisi prius vijs prædictis de voluntate Dei ipsi constiterit: alioquin eadem incommoda facile sequentur. Et speciatim si prima ad talis Ecclesie gubernationem vocatio fuit Dei: non est rationi consentaneum eam mutari ad libitum tantum carnis & sanguinis. Nam (vt Innocentius Papa dixit) etiam loquitur cum Episcopis sententia illa Saluatoris dicentis *b Quos Deus coniunxit, homo non separet.* Quod si quando separatio faciendæ est: id fieri debet ex eiusdem Dei, qui illos coniunxit ordinatione. Qui voluntate sua per suos vicarios manifestabit; & per easdem vias, quibus ostendit coniunctionem esse faciendam Interim igitur necesse est magnam quietem, & pacem cum præfenti sua sorte habere, ob rationes in 2. Tomo ad idem propositum positas: studendo præstare officium cum maximâ, qua fieri poterit, excellentiâ vt sensim inferius explicabitur

(. . .)

De Transl.  
Episcopales  
l. Matth. 19  
9.

Tract. 1. c. 7

## CAPVT VI.

EXCOLEPE DEBENT PRAELATI PROFVNDAM  
humilitatem, non tamen ita vt labantur in pusillanimitatem.



ANTE OMNIA PRAELATI STVDERE DEBENT  
ALTYM IACERE humilitatis fundamentum, ex qua  
eorum securitas pender: non enim satis est ad tantum of-  
ficium cum humili subiectione volūtati Dei accessisse si-  
cut Saul accessit: si postea eandem subiectionem non ser-  
uent: sed inaniter euanescent. Propterea enim (ait S.  
Gregorius) cū Deus insignem aliquam reuelationem  
Ezechieli faciebat; aut grande quid iubebat: semper illum appellabat, si-  
milis hominis, quod erat nomen humile: vt suae paruitatis & mortalitatis  
semper memor esset, neque euanesceret ex officij magnitudine, & præ-  
stantia. Et Christus Dominus Noster eodem nomine seipsum compellat:  
vt exemplum humilitatis præberet in excelsiori manentibus statu, docēs  
eos ita agere sicut filios hominum, similes in miseris reliquis hominibus  
Ac propterea sapiens dixit: Rectorem te posuerunt? noli extolli: esto in illis qua-  
si vnus ex ipsis. Qui magnus est, non potest paruo coequari, nisi humiliet  
& incuruet sese: vt ei sit æqualis. sicut Elias & Elisæus incuruarunt se, & me-  
rabantur cum pueris defunctis, quos erant resuscitaturi. Ita Prælati, qui  
excelsiorem tenent statum; humiliare se debent, suamque celsitatem fle-  
dere. seleq; communi modo agendi subditorum accommodare, magnā  
eis ostendens humanitatem, & suauitatem in agendo; & sese paruum ex-  
hibēs paruis, infirmum infirmis, & quasi imbecillem ac debilem debilibus:  
faciens etiam interdum opera humilia, quæ alij faciunt. Nam quod in  
subditis non est opus humilitatis sed subiectionis, statui suo debita: in  
Prælati erit humilitatis valde heroica: eò quòd demittant se plus, quàm  
eorum status exigat: sicut Christus Dominus nosse humiliavit se, vt c. b. p.  
tit. v. c. tur a Ioanne, & d. lauares pedes Apostolorum suorum. Præterea cū Præ-  
lati sint Magnates in Ecclesia Christi: propria eorum virtus debet esse  
magnanimitas: cuius munus est heroicā humilitate magnos honores cō-  
temnere, iuxta regulam S. Gregorij dicentis: subtilissimā ars viuendi est cul-  
men tenere & gloriam premere esse quidem in potentia sed potētē mte esse nescire:  
& ita gerere atque si talis non esses. Huc accedit. quòd cū Prælati etiam  
prophete aut supremam sanctitatem. & Christianam perfeccionem necc-

Homil. 12.  
in Ezechie-  
lem.

a Ecclesia.  
32.1.  
3 Reg. 17.2  
4. Reg. 434.

br Cor 9.19

c Matth 3.  
15.  
d Ioan. 135

lib 26 mo.  
74. c. 19.

Serm. 45. in  
Cantica.

”

”

Serm. 13. in  
Cantica.

”

”

”

”

Homi. 4. su  
per Missus  
est & Epist.

42.

Serm. 13. in  
Cantica.

”

”

lib. 1. de con  
sid. ad me  
asium.

e Ioan.  
21. 15.

f Matth. 26  
23.

se sit maius iacere humilitatis fundamentum; plus laboris eius causa eb-  
tinenda adhibentes, eò quòd sit illis difficilior: cum dicat Bern. Rara-  
uis in terris, sicut cignus niger aut coruus albus, aut sanctitatem non per-  
dere aut humilitatem sanctimoniam non excludi: & ideo beata, que vitam  
que reinuit. Ac propterea beata fuit Virgo Sanctissima D. N. Mater, quia  
& semper sancta & semper humilis fuit: Cuius rei ratio est: quòd eò ex-  
ercitio bonorum operum occultè se insinuet & ingrediatur elatio animi &  
arrogantia eorum occasione. Ac propterea idè Sanctus dixit raram & ingentem  
esse virtutem quod præclara & magna operans, non te magnam existimes: &  
cum tua sanctitas omnibus pateat, te tamen solum lateat quod videaris  
alijs admirandus, & te iudices contemptibilem: hæc inquam admirabi-  
liora sūt ceteris omnibus virtutibus. Verè es fidelis seruus, si nihil de glo-  
ria tui Domini tibi adhærescat: quæ etsi non à te prodeat, in te tamen ap-  
paret. Adde, quòd sanctitas magna soleat esse honori præcipue in Pre-  
latis & Personis altioris status. Et hoc ipsum reddit humilitatem difficilio-  
rem: dicente ipsomet Bernardo: magna proorsus & rara virtus humilitas in-  
norata, & non imminuta propter honorem, qui solet sensum inueteres,  
& propriæ vilitatis præteritæ obliuionem adferre: ita vt eò sanctiorem  
quò superiorem, me æstimem. Nam in alto positum, altum non sapere  
difficile est, & inuisitatum. Ac propterea pauci norunt vtiliter præelli; &  
pauciores præsident cum humilitate. Quod tamen facile obtinebit, vt fe-  
ciat, qui prudentiam habuerit ad discretionem, omnium virtutum ma-  
trem; & simul charitatis vinum, quod propriæ gloriæ contemptum ad-  
ferat: ita vt sui ipsius obliuiscatur, nec res proprias querat. Hæc omnia S.  
Bernard. quibus docuit, quã sit necessariũ Prelatis hanc coniunctionem fan-  
ctitatis & humilitatis procurare in suis ministerijs, quæ in hoc mûdo sunt  
in honore. Et ita idem Sanctus Eugenio Papæ d. humilitate loquens di-  
xit: nulla splendidior gemma, in omni præcipue ornatu Summi pontifi-  
cis: quo enim excellior cæteris, eo humilitate apparere illustrior, & seipso.  
Miro enim quodam modo humilitas efficit, vt excellat seipsum, contem-  
nentem honorem, qui ad eò videtur preciosus; ac propterea humilitatem  
debet existimare preciosissimum lapide in totius ornatu sui Pontificis.  
Quod totum optimè Christus Dominus significauit, cum Pastoris offi-  
cium voluit S. Petro committere. examinauit enim eum in charitate &  
humilitate. Prius tamen in humilitate interrogans eum: e Simon Ioannu di-  
ligis me plus his? Nouerat bene Saluator, Petrum non posse ad eam interro-  
gationem planè respondere: cum enim ignoraret gradum amoris, quæ-  
lij Condiscipuli Magistrum suum diligebant, etiam non potuit scire an ipsius  
amor esset maior an minor. Sed quoniam in nocte cænx arrogauit sibi,  
quòd eum præ cæteris diligeret; & quòd etiam si omnes scandali carerent,  
ipse tamen

se tamen nunquam esset scandaliz. vidus voluit nunc Christus Dominus hac interrogacione vti; vt ille omnibus manifestaret, quantū esset mutatus, & quam bene in humilitate quę antea illi defuerat, profecisset. Et ita respondit: etiam Domine tu scis quia amo te Quasi dixerit: non fido cognitioni meę, sed tuę scientię id committo: quamuis enim scio, quod amem te: non tamen ingerere me volo, an plus, an minus amem, quam ceteri; quia id non noui, & experientia noui imbecillitatem meam. Ex quo infert S. Thomas: vt quis Episcopatum acceptet, non esse necesse. vt se alijs meliorem existimet; aut quod Deum plus amet, quā illi: hęc enim esset arrogantia contra humilitatem, cui sanctitas tanquam fundamēto innitur: sed satis est, quod in se nihil deprehendat, quod ipsum reddat Pręlati officio indignū, & vt bene intelligat, se esse obstrictum ad conatum omnem adhibendum, vt sit perfectus, & alijs exemplum perfectionis: attendendo diligenter, ne propter talem honorem inanem admittat gloriam; addiscendo subtilissimam illam viuendi artem, quam cum Sancto Gregorio appellamus: *culmen tenere & humanam gloriam premere.* Quod explicatum est in 2. Tomo cum egimus de Principibus Secularibus; idem enim competit Principibus ac Pastoribus Ecclesię.

## § I:

PRÆMISSIS autem, quę ibi sunt dicta, explicabimus hic quod est Pręlatorum proprium, ex insigni quadam sententia Isaię Prophetę: qui cum prædixisset formam gregis futuri in Ecclesia Christi, in quo grege simul conuenirent in vna fide & vitę ratione, a *lupus cum agno; & pardus cum bado; & vitulus ac leo & ouis*: statim subiungit: *& puer paruulus mirabit eos.* Quod ad literam explicat S. Hieronymus de Apostolis, eorumque Successoribus: qui fuerunt Pastores omnium fidelium, non solum hominum vulgariū & communium, sed etiam Imperatorum, Regum, ac Principum; qui fidem Catholicam suscipientes, subiecerunt se pauperum piscatorum gubernacioni. Sed quoniam spiritus Sanctus non casu aliquo, sed studio vsus est phrasi illa, qua gregis sui Pastorem vocauit *puerum paruulum*: aduertendum est: Pastores nō debere esse paruos ætate: non enim sufficerent ad gubernādum. Propterea enim Ecclesiastes dixit *b ve terra, cuius Rex puer est*: peribit enim ob defectum gubernacionis. Neque esse debent pueri in ipsa Religione, hoc est Tirones & Nouitij in virtute, sicut dixit Apostolus: vt non sint *c. Neophyti*, & recens conuersi: nam tales, accedente tentacione, facile succumberent. Ac denique vt idem Apostolus dixit, multō minus esse debent *d pueri sensibus*, & prudentia: tales enim facile deciperentur. Et de huiusmodi dixit Isaias: *e puer centum annorum morietur.* in his igitur tribus rebus Pręlati esse debēt verē senes, ac perfecti: ac propterea scriptura eos appellat *Seniores*, vt iam diximus. De-

21. q. 18, q. 3

lib. 26. moral. c. 19.

a Isaię. 161. ibidem.

b Eccles. 10. 16.

c 1 Timo. b.

36

d Corin. 14.

20.

e Isaię. 65.

20.

fr. Corin.  
supra.

gr. Thefal.  
2. 7.

h Matth.  
18. 4.

i Reg 13. 1.

k i Reg.  
15. 17.

l Psal 137 6  
2. 7. Pasto-  
ral c. 6.  
Lib 34.  
Moral. c. 17

m i. Reg  
24. 15.

Tomo 2.  
Tract. 3. c. 4.

bent tamen iidem esse *pueri parvuli* in alijs tribus rebus. *Primum* in virtute innocentia & puritate, ita vt sponte & studio nec culpas admittant, nec duplicitatem aut fictionem; sed agant & progrediantur intentione simplici, ac pura in omnibus suis rebus: vt insinuauit Apostolus, cum dixit: *malitia paruuli estote*: hoc est sine malitia. Debent etiam esse paruuli in humilitate & subiectione Supremo omnium Superiori, qui est Dominus. Nobis vt finant se gubernari per ea, quae ipse praecipit; & quod ratio ipsa dicit: quae est ipsiusmet Dei vicaria. Et hinc oritur vltimum, vt sint paruuli humilitate erga homines: ita vt corde se ipsos interius subijciant ipsiusmet subditis: quamur exterius suam seruent autoritatem, eum in modum quo Apostolus dicebat: *g facti sumus paruuli in medio vestri*, hoc est ita me humiliavi inter vos, atque si paruulus essem, *tanquam si nutrix foueat filios suos*, cum quibus quodam modo reuerafcit. Christi enim Domini sententia est: *h quicumque se humiliauerit sicut paruulus, is maior erit in regno celorum*. Haec est Sancta illa pueritia & paruitas, quae virum iustum dignum facit & statu Praelati, & qui in eo vtiliter conuerfetur, sicut insinuat Scriptura Sacra, cum de Saule dicit: *i filius vnus anni erat Saul cum regnare cepisset; duobus autem annis regnauit super Israel*. Quando enim regnare cepisset, etiam vir iam esset, & corporis statura procerus, erat tamen purus, sincerus, obediens, subiectus, & humilis, atque si vnus anni esset infans. Et quamuis etiam diutius regnauerit: quia tamen duobus tantum annis in ea infantiae puritate perseuerauit: hi duo tantum ei computantur in oculis Dei reliquos nihilifacientis; quia Saul declinavit ab eius obedientia, & propria sua voluntate sese gubernauit conculcando diuinam. Sicut Samuel eum monuit dicens: *k cum paruulus esses in oculis tuis caput in Tribus Israel factus es: quare ergo non audisti vocem Domini, & fecisti malum hoc in oculis Domini? Quasi Dominus (vt S. Gregorius interpretatur) ei diceret: Magnus mihi fuisti, quia despectus tibi; sed nunc quia magnus tibi es factus, es despectus mihi. Tanto ergo sit quisque vilior Deo, quanto, preciosior sibi: & tanto preciosior Deo, quanto propter eum vilior sibi: *l quoniam Dominus humiliare respicit, & alta a longe cognoscit*. Ex quo etiam infert: Saulem propter humilitatem fuisse electum: sed propter superbiam reprobatum. in cuius locum successit Dauid adeo humilis, vt etiam si sciret, se a Deo electum, vt ei succederet in regnum; ita tamen humiliabat Regi superbo, vt in eius comparatione appellari sese *m conem mortuum, & pulicem vnum* Intelligant igitur Praelati, quamuis reliquos dignitate praecellant, esse tamen eisdem aequales in natiuitate, & sine huius vitae: quia omnes facti sunt ex puluere, & in puluerem conuerterentur. Et hoc (vt suo loco perpendimus) sufficere debet ad hoc, vt Domini sint humiles: quemadmodum Iob erat inter suos seruos, & quod amplius est, possunt adhuc esse illis inferiores meritis. Et*

minores erunt in oculis Dei, quò minus erunt humiles & magis elati, ac superbi: Cumque esse debeant alijs omnium virtutum exemplar, sint quoque eius virtutis, quæ omnium est fundamentum: vt subditis suis dicere possint, quod Christus dicebat suis: *n discite à me quia mitis sum & humilis corde.* Accedit, quòd Prælati, vt subditos suos bene gubernent, opus habeant fauore Dei; & talentis, ac gratijs, quas ille ad id distribuit; & libenter largitur humilibus: aufert verò superbis. Ac proinde maximum è necessarium est, humilitatem conseruare. vt hos fauores Deus illis exhibeat. & augeat. Iudicent, se pueros esse in conspectu Dei: vt eos ipse doceat scientiam gubernandi; manumque suam porrigat, & in officij sui executione adiuuet. Ac propterea cum consecratur Episcopus, inter alia interrogatur: *vu humilitatem, & patientiam in te ipso custodire & docere?* Et ipse respondet: *volo.* Si enim in seipso humilitatem & patientiam non habeat: nec ipse poterit eam bene docere, neque eius doctrina erit utilis; quia malo suo exemplo destruet, quod verbis bonis docet.

PRÆ omnibus autem perpendant qualitatem gregis, quem pascere debent: siquidem in eo ( vt Isaias dixit ) non solum sunt *agni & oves & hædi;* sed etiã *lupi, leones, pardi, & vrsi.* Quomodo autem erit possibile, vt vnus homo naturã suã ignarus, imbecillis, & sicut puer pauidus: industriã habeat, fortitudinem, & animum ad talem gregem gubernandum, nisi fauore cœlesti iuuetur? Quomodo autem hoc cœleste studium obtinebit nisi verè sit humilis? Propterea enim ait Isaias, quòd *puer paruulus minabit eos:* humili enim sicut puero dabit Deus vires & facultatem ad id præstandum. Hoc apparebit meliùs si qualitates perpendamus subditorum, qui per hæc animalia significantur. si enim omnes essent humiles, mansueti, patientes & ingenij pacati; adeoque facile gubernarentur sicut oves, agni, hædi, ac vituli: non mirum esset, quod puer paruulus eos gubernaret: sunt autem multi ex se adeò terribiles, vt summa cum difficultate subijciant se alterius gubernationi. Nam alij sunt quasi *leones,* erecti & superbi, aut propter suam nobilitatem, aut scientiam aut potentiam temporalem: qui opponunt se suo Prælato, nisi ipse magis leo sit quàm illi in excellentia & præstantia suarum qualitatum ac virtutum: nam erga paruulum in his virtutibus, facile reuerentiam & respectum amittunt, & suis rugitibus eum terrere tentant; vt ad id, quod ipsis placet, eum pertrahant. Alij sunt quasi *pardi,* Cholericis, & nihil volentes pati ob constitutionem suam furiosam, & indomitam; & conuertunt se contra ipsum Pastorem & baculum confringunt, quo vult illos punire. Alij instar *luporum* sunt cupidi, rapientes quicquid illis est commodum, etiam si Charitatem fraternam lædant, & ipsam obedientiam erga suum Pastorem abutuntur, tanquam *vrsi,* astuti & callidi fraudibus vtuntur, ad peccata sua ob-

n Matth.  
11. 29.

tegranda, & ita illudendos suos Pastores. Cùm igitur in hac grege tales sint fere; necesse est, Dominum nostrum omnipotentiam suam ostendere in illis mutandis ac mitigandis, vt cum ouibus & agnis pacem feruent: potens est enim eius gratia ad has mutationes faciendas. Sed quoniam non semper eas facit Dominus per se ipsum, sed Pastoribus ac Prælatiis tanquam instrumentis vitur: necesse est, ipsos existimare se paruulos pueros, vt totam fiduciam suam in solo Deo collocent; eiusque gloriæ tribuant quemcunque bonum exitum, non autem suis viribus & industrijs. Propterea enim Apostolus dixit: quod o *Deus elegerit infirma & contemptibilia mundi, vt confunderet fortia: vt non gloriaretur omnis caro in conspectu eius.* Ex quò fit, vt humilitas cum patientia & mansuetudine sint Prælatorum anima, ad has feras perdomandas. Ac propterea Saluator dixit suis Discipulis: *peccate ego mitto vos sicut oues & agnos in medio luporum:* quasi dixerit: etiam si vos officio sitis pastores: debetis tamen oues esse & agni in humilitate & mansuetudine, vt patienter toleretis multorum furores, imitatorum luporum. His enim armis victoriam de eis reportabitis. In hoc (ait S. Chrysostomus) ostendit Deus potentiam suam cùm ouibus lupi luperrantur. Et si enim ab eis sæpius mordeantur, non solum ipsæ non committuntur; sed illos potius in oues mutant, quales ipsi sunt. Nam quam diu oues fuerimus, vincimus; etiam si mille circumstent lupi, superamus & victores sumus. Quod si lupi fuerimus, vincimur. Tunc enim à nobis pastoris auxilium recedit, qui non lupos, sed oues pascit. Quæ de humilitate & mansuetudine gloriantur, quibus dignas se reddunt, in quibus Christus ipse vincat. Ac propterea S. Bernardus dixit loquens de humilitate: Per hanc nonnulli possedere portas inimicorum. Quæ enim virtutum & quæ potest Dæmonum debellare superbiam, & tyrannidem hominum; ceterum cum omni indifferenter personæ hæc sit quedam turris fortitudinis à facie inimici, nescio quo pacto tamen vis eius maior in maioribus, & in clarioribus clarius comprobatur. Sed non absque mysterio Christus D. statim adiecit: *estote prudentes sicut serpentes; & simplices sicut columba:* quasi eos monens curæ ac diligentie adhibendæ, ne humilitas & mansuetudo degeneraret in pusillanimitatem ac torporem.

## § II.

**P**RÆLATI ita debent esse *parui paruuli* propter humilitatem & sinceritatem, vt simul viri strenui propter animi magnitudinem & fortitudinem, quando ad resistendum vitij eam exercere opus est. Quod aliqui subditorum feros mores leonum, pardorum, luporum, & vrsorum retineant, non debent animum abijcere, nec eis cedere: sed inuicto pectore os illis ostendere; ac resistere: vt illorum vitia superent, & ad modestiam Christianam illos deducant. Memores itaque sint Prælati

eius;

o 1. *Corin.*  
1. 27.p *Matth.*  
10. 16  
*Luce.* 10. 3.Homil. 34.  
in *Matth.*Lib. 2. de  
*considerat*



eius quod Ezechieli dixit Deus; a Fili hominis, attende quod habites cum scorpionibus. verba eorum ne timeas, & vultus eorum ne formides. Et ipse Christus ait: estote prudentes, sicut serpentes. Non, vt ad partes Scorpionum transeat; sed vt eis vos opponatis eosque terreatis, confidentes potentiae Dei, qui vobis, si humiles fueritis, auxilium praebit opportunum. Non sine causa (ait S. Gregorius) cum Deus D. N. benedixit Noe, & filijs eius, dixit: b Terror vester ac tremor sit super cuncta animalia terra, & super omnes volucres caeli & pisces maris. Ea enim sententia significauit, quod non debeant terere reliquos homines: Praelati enim cum humilitate & blandè agere debent cum subditis, viam ducentibus hominum natura dignam: Si qui autem eorum essent Deo rebelles, vitamque ducerent ferarum, expedit metum eis incutere, a terere: ita vt animum induant, vt cum opus fuerit, etiam seuerè eos puniant. Eum in modum, inquit, qua S. Petrus coram c. Cornelio centurione procidente ad eius pedes, ipse quoque se humiliavit, agnoscens ac dicens: se etiam hominem esse, natura non ei superiorem sed aequalem Quando autem opus fuit, solo verbo d. Ananiam & Saphiram eius coniugem, vitâ priuauit, ita vt factus fuerit timor magnus super omnes, qui audierunt. Et S. Paulus aliquando loquens & scribens ad Corinthios, vocat se e adiutorem eorum, iudicans illos sibi in fide aequales; & omnibus sese humilians, appellat se f. omnium seruum: aliquando autem ait: quid vultis? in virga veniam ad vos? Nouerat enim, coniungere humilitatem cum auctoritate; manuetudinem cum seueritate: ita vt altera propter alteram nec periret, nec iminueretur. Hanc coniunctionem docuit Deus Ieremiam exculantem se ab accipiendo officio Prophetæ; ac dicentem, se puerum esse, & nescire loqui: dixit enim illi Dominus: h Noli dicere: puer sum, sed vniuersa quascumque mandauro tibi loqueris. Ne timeas à facie eorum: quia tecum ego sum, vt euam te. Ego quippe dedi te hodie in Ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum aereum, super omnem terram, Regibus Iudæ, Principibus eius, & Sacerdotibus, & populo terræ, Et bellabunt aduersum te. & non praualebunt: quia ego tecum sum, vt liberem te. Quasi si dixerit: ne in hoc hæreas, quod iuuenis sis, & loqui nescias: potius enim propterea quod te puerum, ignarum, ac debilem agnoscis; volo ego in te ostendere valorem & fortitudinem meam, faciens te quasi ciuitatem bene munitam, & columnam ferream; adeoque firmum, vt mundi potestates non possint praualere aduersum te: Si pugnam hanc humanis tantum oculis aspicias d. cet quidem Saul Dauid: i non vales resistere Philistæo isti, nec pugnare aduersus eum: quia puer es: hic autem vir bellator ab adolescentia sua: si autem Diuinis oculis rem aspexeris, dicet paruulus ille se in virtute Dei praualuisse contra leones, & vrsos; Gygantem illam fore sicut vnum ex eis. Nam Dei esse bellum & victoriam ipse

enim

a Ezech  
2.6.2. p. Pastor  
c. 6.  
b Genes. 9. 2c. Actuum  
10. 26.

d. e. 5. 5.

c. 2. corin.  
2. 13.  
f. c. 4. 5.  
g. 1. cor. 4. 2h Ierem.  
1. 7. 18.  
i Reg.  
12. 33.

enim efficit, Prælatum esse parvulum in sua opinione, Gygantem autem in fortitudine; diffidentem sibi, quasi parvulum; fidentem autem Deo animo virili & gyganteo. Et accipiens baculum Pastoralem in manu sua, & peram pastoralem cum quinque limpidissimis lapidibus, & fundam in altera manu, pergit contra hostem, quem, quantumvis ferum ac tremendum, dejicit in terram Consulens enim Dominus noster authoritati Prælatorum humilium; & efficacitati, quam Diuina verba in se continent: faciet illa ad deum potentia, & efficacia, ut rebelles ac repugnantes dejiciant; & etiam durissimos emolliant.

Ex dictis deducitur: Prælatos summo studio fugere debere duo vitia extrema, complacentiam scilicet, siue inanem gloriam; & pusillanimitatem, siue animi abiectiōem: quæ coniungitur alijs duobus, præsumptioni scilicet, & confidentiæ propriæ, & diffidentiæ in Deum, ortæ ex propria indignitate. Contra quorum insultus inuictus pectore pugnat debent, ne succumbant. Si enim inaniter glorientur, fructus destruent suorum laborum; aut Deus illis eos non dabit: ne eorum gloriam libitarent. Si autem sunt pusillanimes ac timidi, non audebunt, res magnas aggredi; & eandem timiditatem in subditis communicabunt. Quemadmodum exploratores killi missi ad explorandum terram promissam, qui redeuntes, timiditate sua ac diffidentia totum populum Israel turbauerunt, & magno periculo exposuerunt: Prælati autem esse debent sicut Dux ille Iosab, qui ex vna parte ad deum erat strenuus, & fortis, ut accepto exercitu à Davide Rege, obsideret civitatem Rabbath, ad deum fortiter, ut in eas angustias redegerit ut iam iam capere eam posset: ex altera vero parte ad deum fuit humilis & moribus ingenuus, ut vocauerit ipsum Regem Dominum suum, ut ad concludendam expugnationem veniret, dicens: *Ne cum vastata fuerit vrbis, nomini meo adscribatur victoria.* Hunc in modum pugnent Prælati magna animi fortitudine, ut animas expugnent, utentes exercitu virtutum, quas Christus D. N. in eum finem illis communicat. cum autem voti compotes facti, victoriam obtinuerint: studeant libenter, dentque operam, ut tota gloria æterno Regi tribuatur: quia talia auxilia & arma illis tribuit quibus pugnant, & in cuius virtute animas subiecerunt: dicentes cum Davide: *in non nobis Domine non nobis sed nomini tuo da gloriam;* Et cum Apostolo *in Deo gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum N. I. Christum.* Et imitentur *in Seniores* illos Apocalypsis, tanquam figuram humilium Prælatorum, qui *in procidant ante sedentem in throno, missentes coronas suas ante thronum, quasi tribuentes sedenti in eo omnia opera,* quibus coronas illas sibi comparauerat. Et cum subditi morigeri ac subiecti ipsi erunt, & in ipsorum gubernatione profecerint: intelligant opus illud non ipsorum esse sed illius Domini, de quo dixit David *in Dominus præt et riuus, & in*

k Num. 13.  
33 & 6. 14. 1

12. Reg 12.  
29.

m Psal. 113. 9

n Apoc. 4. 10

o Psal. 143.  
2.

ferant, qui subdit populum meum sub me. Et facit, vt mihi obediat. Quod si viderit in grege suo pacem esse inter lupum & agnum, leonem & ouem; & quod ingenia alias sibi repugnantia valde concordent; & quamuis baculo reprehensionis & punitionis feriantur, non insurgant contra ipsum; sed ei potius sese subijciant: credere debent id totum esse Diuinæ gratiæ opus non verò ipsius proprium: nec ipse potest ex se ipse plus in tali opere habere, quàm puer aliquis paruulus habuisset in leone aut pardo domandi. Et vniuersim est verissimum quod Apostolus dixit: *p Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat; sed, qui incrementum dat, Deus.*

p 1. Corin.  
3. 7.

## CAPVT VII.

CHRISTVS D.N. PROPOKIT IN APOCALYPSI  
Prelatis exemplar quoddam magnæ perfectionis, in omnibus  
eorum Ministerijs; & in septem Epistolis docet eos mo-  
dum & rationem suos subditos qu-  
bernandi,



XCELLENTIARVM STATVS PRÆLATIONIS, & officij animas gubernandi vna est, quod qui in eo statu sunt, gaudeant speciali quadam prouidentia Christi Domini nostri erga ipsos, & præclaris documentis ac monitis, quæ nunc exemplis propositis, nunc verbis eis inspirat ac docet, ad propriam ipsorum salutem & perfectionem, & eorum quorum curam gerunt: vt videre licet ex ijs, quæ S. Ioannes refert in Apocalypsi sua, dicens apparuisse sibi Iesum Christum D.N. in habitu valde mystico, in quo quasi delineatæ, ac depictæ erant omnes eius excellentiæ, spectantes ad specialem prouidentiam, quam ipse habet de sua Ecclesia, eiusque Prælati, in quibus vult, vt prælati ipsum imitentur. Cuius rei causa dictauit S. Euangelistæ septem Epistolas, quas mitteret septem Episcopis Asiæ: qui referebant omnes Ecclesiæ Catholice Prælatos. Et quoniam exemplum præmittitur verbo: prius in seipso exemplar depingit gubernationis: quod ipsius ministri sequi & imitari debeant. a vidi (inquit S. Ioannes) septem candelabra aurea: & in medio septem candelabrorum aureorum similem filio hominû, vestitum Podere; & præcinctum ad mamillas zona aurea. caput autem eius, & capillierant candidi tanquam lana alba, & tanquam nix; & oculi eius tanquam flamma ignis, & pedes eius similes aurichalco, sicut in camino ardendi; & vox illius tanquam vox aquarum mearum; & habebat in dextra sua stellas septem: & de ore eius gladius vtraque

a Apocalyp  
1. 13.

parte acutus exibat: & facies eius sicut Sol lucet in virtute sua. Hæc erat figura Christi D. N. qua supremus erat Pontifex, & Episcopus Ecclesie, exemplar omnium Summorum Pontificum & Episcoporum eam gubernantium, quorum perfectio in eo sita est, vt similes sint huic sicut Deo & filio hominis in excellentijs & virtutibus, quæ hic insinuantur.

PRIMUM igitur exornari debent Sacerdotali veste quæ appellabatur *Podèris*, quæ erat ex byssino candidissimo, & longa vsque ad pedes; angusta tamen: quæ significat iustitiam & sanctitatem vitæ, cum insigni candore & puritate; cū magna mortificatione & abnegatione superius pergendo semper per arctam semitam perfectionis Evangelicæ cum perseverantia vsque ad mortem, Si enim omnes b *Sacerdotes*, vt dixit David, induere debent *iustitiam*: quanto magis Episcopi & Prælati, qui sunt eorum capita? iustitia enim authoritatem conseruat, & honorem sui status: propterea siquidem Ecclesiasticus sanctitatem appellat c. *Podèris* in honore.

QUAMVIS tamen hæc vestis angusta sit, debent etiam præcingere pectus suam zonâ aureâ, amplectendo scilicet perfectam castitatem, non solum quo ad opus; sed etiam quo ad cogitationes, & affectus impuros: ita vt renuntient omni generi voluptatum sensualium, tam carum quæ alijs sunt prohibita quam quæ alijs in matrimonio sunt licita. Debet autem hæc zona esse aurea, ob magnum valorem & æstimationem, quam habet ex vnaquaque virtute addita etiam charitate, quæ potens & efficax est ad præcingendos cordis affectus. Latet autem mysterium in verbo illo Evangeliste *ad mamillas*, quod est pectus quasi fæmineum, ad quod lac confluit, vt filijs præbeat. Hoc enim significat: Prælatos esse debere quasi matres suorum subditorum, eosque ad pectus suum nutrire lacte doctrinæ suæ. Præcingendum tamen est pectus zonâ aureâ quæ magna est pulchritudinis: vt sic fiant illis amabiles eosque alliciant ad suam iustitiam amantes eos puro & casto amore absque vilo carnalis amoris odore.

AD hoc iuvat non parum, quod S. Ioannes dixerit: *caput & capillas fuisse candidos tanquam lanam albam, & tanquam niuem*. Quod significat Prælatum debere esse senem: sapientem, prudentem, valde que expertum, purum, & castum in suis cogitationibus ac desiderijs. Id enim totum significant d *cani capitis*, & *senectus venerabilis* quæ non tam annorum numero computatur, quam perfectione harum virtutum. Quamvis etiam ordinariè iuuet prouecta ætas, qua & castitas & scientia & experientia perficiuntur. Ac propterea Apostolus Episcopos vocauit e *maiores natu Ecclesie*, vt superius est dictum. Sed capilli nominatim debent esse albi sicut lana, & sicut nix: vt Prælati in suis studijs & cogitationibus candore coniungant cū suauitate: & aliquibus sint quasi lana, contegendo debiles & pusillanimes; alijs verò quasi nix, reprimendo audaces & liberos ac insolentes.

Ex quo

S Gregorius  
Lib. 19,  
moral. c. 6.  
& Lib. 6  
& Lib. 1. c.  
vltimo. vi  
de quadiſa  
sunt Tomo  
2 Tract. 1.  
c. 2.  
b Psal. 13. 9

Eccl. 72. 9

d Sapi. 4. 3.

e Act. 20. 17

Ex quo fit vt eorum oculi esse debeant quasi flamma ignis, propter prouidentiam, & vigilantiam, quam in officio suo tenere debent: adhibentes summam curam in Ecclesiae gubernatione; non dormitantes neque punctum negligentis, iuxta nominis sui significationem. vox enim EPISCOPVS significat Superintendentem & super alios vigilantem, quasi ratione de eis Deo redditurū. Debent igitur oculi eorū sicut flāma ardere quia eorū gubernatio ita debet zelo Diuini amoris inniti, vt amoris igne sibi subiectos accēdat; & factę irę igne puniat, vtr repugnantes ac rebelles. Sēper tamē esse debet flāma clara, absq; fumo exēcante, aut lachrymas educēte: in tota enim eius gubernatione ( siue indulgeat & exhortetur; siue corripiat aut puniat ) non debet esse fumus passionis, aut culpa ignorantiae aut alicuius erroris, qui lædat, aut flere cogat malū perpetrādū.

SED quoniam parum refert vigilantia & prouidentia, nisi feruor adfit & fortitudo, ad excusationem, dicit: *pedes eius fuisse similes aurichalo sicut in camino ardenti*: ad insinuādum, ingressus bonorum Postorum in explēdo suo officio, ex parte vna debere esse firmos, & fortes sicut æs: ita vt neque debilitentur, nec flectantur ob humanos respectus; ex altera autem parte debere esse accēsos, & ardētes sicut oculos, cum eodē igne amoris ac zeli: ita vt magno feruore attendant, & accurrant ad omnia, quę ipsi incumbunt in bonum subditorū. Et quamuis ob hanc causam videant se caminum tribulationum ac molestiarum immerfos: non propterea animum abijciant aut firmitatem suam amittant: potius splendeant magis, sicut æs igne obdūctum: nec propterea à suo desistant officio. His pedibus pergit ad prædicandū, cum expedit: vt sic cōpetat ei illud Isaie: *Equam pulchri sunt pedes prædicantis pacem, prædicantis salutem!* eisdem pedibus pergit ad iudicandū & administranda Sacramenta, quę ipsi incumbunt; & ad visitandū gregem. In omnibus enim procedit affectibus & gressibus quietis, fortibus, & patientibus; nō tamē tardis, aut pigris; sed expeditis, quasi esset ignis scintillę resiliētes ex camino charitate accenso.

Et quoniam Prælati officio fungitur Magistri & Prædicatoris Evangelici, vox eius esse debet, *tanquam vox aquarum multarum*, propter auctoritatem & grauitatē, qua loqui debet, & sententias proferre altissima Sapientia: quasi nubes copiosam ex se dimittens pluuiam, ad irrigandam aridam terram cordium, eaquę reddenda fecunda bonorum operum.

EADEM ratione habere debēt in ore suo gladiū vtriusq; parte acutū, quod est verbum Dei, quod prædicant: quo pugnare debent aduersus Dei hostes, vitia mactare, errores destruere, corda penetrare, h faciendo in eis diuisionē omnium affectuum: vt malos repellant; & retineant, aut inducant bonos. Et quoniam Prælati simul est etiam IVDEX, debet in ore suo iustitię gladiū tenere, vt reprehendat, & in suo Tribunali puniat rebelles delinquētes.

4

7

f Isa. 42. 7.  
Rom 10. 15.

6

g Ephe 6. 17

h Heb. 4. 12.

tes. Gladius hic neque in manu est, neque in zona; sed in ore: & quidem non transuersus, sed quasi ex ore ipsum proijciat. ait enim: *gladius exiit ex ore.* Quo significatur: præcipua Prælatorum Ecclesiasticorum arma, non corporalia esse, quibus mactantur & iugulantur homines; sed spiritualia, quæ per os iaciunt per sententiam Excommunicationis, & aliarum Censurarum: separando, si opus est, inobedientes à gremio Ecclesiæ, & societate reliquorum Fidelium.

VENIAMVS ad *septem stellas*, quæ iuxta sensum literalem significant (vt Angelus dixit), solmet Episcopos, *Existentes in dextera manu Christi.* Ipse enim eos regit ac dirigat, suaq; protectione tuetur: vt felicem habeant rerum suarum exitum. Sunt autem stellæ Ecclesiæ non erraticæ, vt planetæ; sed fixæ, vt quæ sunt in Firmamento, lucere enim debent in perpetuas æternitates, & esse duces nauigantium in turbato mari huius mundi. Sed etiam dicere licet, quod quemadmodum Christus D. N. sub speciali sua protectione habet Episcopos & Prælatos: ita illi habere debent sub dextera manu sua & protectione bonos subditos; & ita iuuare, vt insignibus virtutibus tanquã stellis splendeant. Et præterea debent ipsi in manu sua habere septem alias stellas, septē scilicet dona spiritus Sancti, & septem præcipuas vitæ Christianæ virtutes; tres Theologicas & quatuor Cardinales: quæ sculptæ esse debent non in manu sinistra, sed in dextera; valde scilicet impressæ in ipsa anima: vt in suis actionibus rectam & sanctam habeant intentionem, & horum operum exemplo omnibus eluceant. Ac propterea Christus D. N. non habebat manum suam plicatam, sed ita extensam, & apertam; vt S. Ioannes videre potuerit stellas in ea. Prælatorum enim opera debent esse publica, & omnibus manifesta: vt illa discant imitari.

DEINQUE Prælati facies splendere debet: sicut Sol lucet in virtute sua, eius enim virtus, eius sanctitas, doctrina, & sapientia esse debet singularis, & inter omnes præstantissima, clara, & perfectæ quasi lux meridiana; ardens sicut Sol, cum suæ virtutes extremum per suos radios immittit: ita vt viuificet, illuminet, & accendat suos subditos: exercendo officium suum, non in speciem tantum, sed cum feruore maximo, faciens summum quod possit in amore Dei & proximorum.

HÆ sunt in summa excellentes virtutes & ministeria, in quibus Ecclesiæ Prælati imitari debent Christum D. N. in quo illæ in summa excellentia eminuerunt: & qui accipiens cognomē & titulum aliquarum, iam huius, iam illius dictauit septem Epistolas ad septem Asiæ Episcopos. Inter quos tres erant gradus: aliqui enim valde boni erant ac perfecti: qui ipsum perfecte imitabantur; alij verò valde improbi, & ab hac imitatione valde remoti; alij verò tepidi erant, & imperfecti: qui cum multa haberent bona & laude digna: simul tamen aliqua admiscebant mala, merito reprehendi-

denda. In hoc enim statu & officio sicut & in alijs, etiamsi ex Dei vocatio-  
ne ad illud accedatur: est vera sententia ipsius Saluatoris dicentis: *ex duo-  
bus qui erunt in lecto, aut in agro, vnus assumetur & vnus relinquetur.* In statu e-  
nim continentiae ac Praelationis aliqui sunt Sancti ad caelum euecti; alij  
improbi, & propter sua scelera ac negligentias ad infernum destinati. Ac  
propterea dixit S. Augustinus: *scitote fratres: omnem professionem in Ecclesia  
habere fictam. Non dico omnem hominem esse fictum; sed omnem Professionem habe-  
re fictam Personam.* Hoc est nullam esse tam sanctam, tam collectam, & ex-  
cellam professionem, in qua non sint aliqui ficti: hoc est, qui non habeat  
sanctitatem status, quam profitentur. Quamvis autem hoc ita sit: adeo  
tamen est huius Domini nostri erga hos Praelatos beneuola & amica pro-  
uidentia, vt omnes septem, inter quos tamen aliqui erant improbi, vocet  
*stellas & Angelos; & eosque teneat in dextra manu sua:* vt ita significet excel-  
lentiam status & officij ipsorum: quod non amittunt; etiamsi ipsi mali sint;  
nec eos a sua protectione excludit, saltem propter bonum Ecclesiarum.  
Ac propterea curam sibi assumit, eos monendi, & corripiendi, ostendens  
paternam suam prouidentiam in admirandis consilijs, quae illis praebet;  
& in modo, quo illos gubernat: vt discant alios gubernare. Efficit enim  
erga illos (vt deducitur ex septem ipsis epistolis) hos septem actus, in qui-  
bus perfectio sira est periti gubernatoris ac Praelati.

PRIMVS ACTVS est, quod eos laudet propter bonum, quod habent;  
& opera virtutum, quae exercent; & tolerantiam in rebus, quas sustinent:  
vt animos erigant ad persistendum in eo, quod vident probari & placere  
Deo. SECUNDVS est, quod eos moneat de periculis iminentibus; de tenta-  
tionibus, ac persecutionibus, quae contra illos exurgent; vt sese muni-  
ant rebus necessarijs, ad eas superandas. TERTIVS est, quod corripiat ac  
reprehendat manifesta eorum peccata, aperiens eis oculos, vt etiam occul-  
ta cognoscant, quae peccata non reputant; & exhortans eos ad penitenti-  
am: vt studeant, sese emendare, & bonum recuperent, quod amiserunt.

QUARTVS est, quod eis minatur horrendas poenas in hac vita & in futu-  
ra: nisi se emendent, & sui officij obligationibus satisfaciant: vt poenae ti-  
mor torrentem culpae contineat. QVINTVS est quod eis promittat praecla-  
ta praemia in hac & in futura vita, si faciant, quod debent: & ita vsque ad  
mortem perseuerent: vt spes praemij reddat illis laborem iucundum.

SEXTVS est, quod ob oculos eis ponit exempla bonorum, qui illos  
praecesserunt; & felices eorum exitus, praemiaque gloriosa: vt animentur  
ad eos imitandos. Et similiter proponit supplicia ad infelices improborum  
euentus: vt in alieno capite experimentum sumentes, cautiore siant: nisi  
velint eandem miseriam experiri. Ac denique prospicit illis de viris san-  
ctis & zelosis, qualis erat S. Ioannes: per quos eis loquitur, & haec dat co-

i Math. 24.  
40.  
Luc. 17. 36.

In Psal. 99.

k Apoc. 1.  
20.

I  
Apoc. 2. 1.  
9. 19.  
2  
Ver. 10.  
3  
c. 3. 17.

4  
5  
6  
7



11. Petr. 2. 25

m. Apoc. 5. 6

lia & monita; cū ipsi prælati plus indigent, quam subditi huiusmodi monitoribus: qui ex Diuina inspiratione audent, cū opus est, ipsos docere & monere de omnibus, quæ ad satisfaciendū officio suo, eos scire expedit: Et ipse Christus D. N. quem S. Petrus *l. supremum Pastorem*: & *nostrum animarum Episcopum* appellat. habet ad suam gubernationem septem spiritus celsissimæ suæ prouidentia: quos significant *m. septem oculi Agni*, de quibus S. Ioan. ait, quod *sint septem spiritus Dei, missi in omnem terram*: Hic est spiritus charitatis & humanitatis, quo & amat, & humaniter ac beate agit cū ijs, qui sub ipsius sunt gubernatione; reddens se omnibus amabilem: spiritus maiestatis, quo efficit, vt omnes eum timeant, reuerentur & adorent: spiritus liberalitatis ac beneficentia, quo bene eis facit, suasque spirituales, & temporales diuitias, prout eis expedit, distribuit. Spiritus misericordia, quo compatitur eorum necessitatibus, & opportunè eis succurrit. Spiritus iustitia, quo vnicuique dat, quod promeritus est, & obsequia sibi exhibita remunerat. Spiritus longanimitatis & patientia, quo sustinet & ingratos expectat, inuitans & alliciens eos, peccatorū veritatem seque offerens ad eorum pœnitentiā admittendam. Ac denique spiritus ira iustag. vltionis, quo rebelles & pertinaces punit, vt metu alijs incurrant.

n. Psal. 33. 14

SEPTEM his oculis gubernat Christus Dominus noster Ecclesiam suam; & sunt quos paulo ante contulimus cum flammis ignis. Nam quem admodum flamma illuminat, & vrit: ita Diuina prouidentia, quodammodo illuminat, & beneficijs ac fauoribus accendit: alios verò penis & cruciatibus vrit, iuxta illud Dauidis: *n. oculi Domini super iustos: & aures eius in preces eorū: vultus autē Domini super faciētes mala; vt perdat de terra memoriam eorū*.

o. Sapi. 8. 1.

VT autem magis innotescat huius prouidentia efficacy, septemque eius spiritus, ait Euangelista: *Agnum simul cum septem oculis habentem cornua septem*: quæ significant summam fortitudinem, & plenam potestatem ad omnia exequenda, qua oculi gubernationis faciēda ostendunt. Quare Saluatoris prouidentia, neque ob ignorantiam, neque ob imbecillitatem deficere potest: quia omnē sapientiā & omnē patientiā habet, quæ ad eā est necessaria: significatur autē per numerū septenariū, qui est numerus perfectionis. Ne autē vllus huius mundi homo persuadeat sibi, quod abscondere se, aut illam euadere: possit: ait hos *septem spiritus missos in omnem terram*: quia scilicet omnipotēs Dei sapientia omnes mundi angulos penetrat, & ab vno ad alterum polum, & o ab vno ad alterum suum attingit, omnia disponendo suaviter, & fortiter exequendo. Hoc exemplum gubernationis, quod Christus D. N. omnibus Episcopis & Ecclesiis suis Prælati ob oculos ponit: vt familiam sibi commissam gubernent, iuxta eius exemplum, eo modo, quem in sublequentibus capitibus proponemus.



## CAPVVT VIII.

PRAELATORVM GVBERNATIO FVNDARI DE  
bet in charitate Dei & proximi: & in quibus rebus ea sit  
exhibenda.

**P**RIMA AC PRAECIPVA VIRTVS QVAE LVCEAT IN  
Mystico Christi D. N. ornatu praedicto; & quae septem  
eius gubernationis actus, septemque oculos & spiritus,  
quibus is gubernat, comitatur, est Charitas, cum duobus  
nobilissimis suis actibus amoris Dei; & proximi, quibus  
innititur tota gubernatio, qua & ipse habet Ecclesiae suae  
& quam vult eiusdem Praelatos habere. Haec charitas, eisque actus & opera sunt  
ardor & a splendor faciei, & flamma oculorum, & carinus ardens pedum, & pe-  
ctus Zona aurea pra. inctum, & lana mollicies capillorum. Sed his figuris om-  
missis, audiamus quid ipsemet dicat de ipso, ad aperiendam sui amoris  
magnitudinem: *ego sum pastor bonus Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis*  
*Et c. maiorem hac dilectionem nemo habet, neque ostendere potest, quam ut*  
*animam suam ponat pro amicis suis.* Quibus verbis aperte docet: bonitatem  
& excellentiam pastoris in huius amoris magnitudine consistere & hunc  
nullo alio indicio adeo posse ostendi, & manifestari, atque si quis sese of-  
ferat ad mortem in bonum ouium suarum, hoc est subditorum, quos vo-  
cat amicos, propter purum ab omni proprio commodo amicitiae amo-  
rem, ~~prosequitur~~ profequitur. Et cum Praelatis committit officium Pasto-  
rum, vult, ut ipsi immittentur in puritate, & magnitudine huius amoris in  
duobus eius actibus, ac debito ordine, primum quidem in amore Dei,  
& ipsiusmet Christi, cuius sunt oues & postea in amore ipsarum ouium  
propter ipsum: ita ut sese offerant ad quemuis laborem propter honorem  
ipsius Christi, & utilitatem animarum. Quare cum ipse Christus voluit  
S. Petro committere officium vniuersalis Pastoris Ecclesiae suae, cum exa-  
minavit ( ut supra dicere coepimus ) de amore, quem erga ipsum habe-  
ret. Ad significandum ( ut notat S. Chrysostomus ) quod ipsemet adeo su-  
as oues amaret, ut nollet eas committere nisi ei Pastori, qui multum ipsum  
amaret: ut & ipse Pastor easdem amaret, magnoque cum amore, & propter  
ipsum Dominum, cuius illae erant gubernaret. Cuius amoris, ut ille red-  
deret testimonium, eum interrogauit: *diligis me plus his.* Quorum verbo-  
rum duplex est sensus, uterque verus, & uterque insignis valde: Primum

a Apoc. 1. 13  
b Ioan. 10  
11. c. 15. 13.  
Homil. 87  
in Ioannem  
& Lib. 2. de  
Sacerd.

Ioan. 21. 15

infinuat

Serm. 76, in  
Canticis

c. Ioan. 21. 18

Lib. 12. in  
Ioannem.  
c. 65.

S. Chrysostr.  
supra.

Supra c. 66.

insinuat S. Bernardus, quasi Christus Dominus quaesivisset: diligis me plus quam tua, & plus quam tuos, plus quam & te? Hæc enim omnia necessaria sunt, ut me perfecte ames; ac propterea te interrogo te: ut diligas, quod amare me debeas plus quam hæc tria: si futurus sis pastor ovium mearum. Quamvis autem verum sit, quod Prælatorum amor totam hanc excellentiam habere debeat: multò tamen adhuc maiorem exigit Christus D.N. in illis verbis, iuxta sensum quem sancti communitè explicant, dicentes: Christum interrogasse an Petrus ipsum plus amaret, quam reliqui Apostoli, qui præsentés erant: ut ita significaret: Pastorem in hoc amore excedere debere reliquos omnes, qui eius sunt oves. Cumque reliqui Discipuli futuri essent oves Petri, utpote Pastoris ovium vniuersalis: erat omnino æquum, ut ipse plus cæteris Christum ipsum amaret, ipsumque amorem ostenderet in ijs operibus, quæ sunt propriæ boni Pastoris, ponentis vitam suam pro ovibus suis. Ac propterea Christus Dominus adiunxit statim: e cum esses iunior, cingebate. & ambulabatis, ut volebas: cum autem senueris, extends manus tuas, & alius te cinget, & ducet quo tu non vis. Hæc autem dixit, significans, quia morte clarificaturus esset Dominus Hoodixisse Christum aduertit S. Cyrillus, ut intelligeret Petrus: verum amorem, quem profitebatur se ergo ipsum Christum habere, in eo esse ostendendum, quod extenderet manus suas & sineret se cruci affigi, ut vitam suam pro Magistro suo, suoque grege exponeret. Quamvis enim naturalis propensio ad vitam conseruandam resistat, ac refugiat mortem: vincenda tamen est charitate, quæ fortior est illa. simul etiam monet, quòd etsi antequam fieret Pastor, iuuenis esset ac liber, ad faciendum quod vellent: factus Pastor, debeat esse senex in sapientia, & prudentia, & mortificatione propriæ voluntatis, ac insultationum carnis; ita ut magna promptitudine abiciat quicquid sibi placet, & ardeat, ut quicquid bono consulere possit. Ut autem gubernationis modum ac formam intelligeret, quæ seruare deberet, adiecit Christus in signe illud & mysterio plurimum verbu: sequere me, quasi diceret: prius, vocaui te, ut me sequereris in schola mea, ubi meam disceres doctrinam: nunc magis in particulari te voco, ut sequaris me in modo & ratione gubernandi; quam seruare debeas in pascendis ovibus meis, sicut ego eas pasci: sancta scilicet doctrina, & sanctæ vitæ exemplorita ut etiam vitam exponas in hac causa. In cuius rei signum (ait S. Cyrillus) cum Christus progredi inciperet, S. Petrus illum ante alios sequebatur. Quod colligitur ex eo, quod sequatur conuersus Petrus vidit illum Discipulum quem diligebat Iesus sequentem. Ex quo facile deducitur: Prælatum magis prope debere sequi Christum, & non quos præcedere in vitæ sanctitate: ita tamen, ut conuersus, illos etiam aspiciat; cogitetque, & agat de omnibus, quæ ad ipsorum maius bonum

pertinent, in eo gradu, qui unicuique expedit. Et ita S. Petrus ostendit, se magis tene: è anare S. Ioãnem, aduertens quòd ipse Christus tenerius illum amaret: in quo volebat suo magistro se conformare, plus eos diligendo erga quos maiorem ille amorem ostendebat. Ita igitur bonus Prælatus ob magnum amorem, quem erga Christum D. N. habet, debet plus amare subditos meliores: quia & ipse Christus plus illos amat: & ita in eo gloriari debet, quòd suum amorem conetur eiusdem sui Domini amori conformare, & accommodare. Et eam ob causam debet bonus Pastor valde in memoria habere proprietates, quas Christus bono attribuit Pastori, cum dixit: *Proprias oues vocat nominatim, & educit eas, & ante eas vadit, & oues cum sequuntur*; quamuis interdum post eas ipse vadat; vt obseruet quomodo pergant, & debiliorum rationem habeat: ne defatigata subsistat, iuxta illud de Dauide dictũ, quod Deus *g de post factates accipit eum*, & alibi: *h ego tuli te de pascuis sequentem greges*. Ita igitur bonus Prælatus propter amorem, quo ipsum Christum prosequitur, eius oues amat, & ex nomine eas nouit. sicut eos nouimus, quos amamus; suisque rationibus ac verbis prouocat, vt accipiant æternæ vitæ pastum qui illis expedit. Aliquando ante eas vadit, præbendo eis bonum exemplum, vt ipsum sequantur: aliquando ex humilitate post illas vadit, vt sese debilibus accomodet, manamque defatigatis porrigat, vt surgant, iterque suum prosequantur.

DENTQUE amoris eminentiam, quem Prælati habere debent, aperuit Christus D. N. cum S. Petro non dixit: *pascue agnos tuos, aut oues tuas, sed meas*: quasi monens illos, quod non sint ipsi earum Domini; sed fideles serui ipsius, qui est supremus pastor: ac proinde non eas debeant amare amore qui dicitur concupiscentiæ, propter lucrum scilicet temporale, quod ab eis expectant. talis enim amor terrenus est & mundanus; sed propterea solum quòd oues sunt Iesu Christi, eiusque sanguine comparatæ, & ab ipso summo amore dilectæ: quem Prælati amare debent perfectissimæ amicitie amore; & propter ipsum eius oues oprantes vt illæ augeantur, sintque valde perfectæ, ad maiorem gloriam eius Domini, cuius illæ sunt. Quamuis tamen ipsi sint supremi Pastoris serui, non debent gregem ipsum custodire spiritu seruorum, ac *i mercenariorum*: qui oues aspiciunt tanquam alienas, & non vt *proprias*; sed respicere illas debent spiritu verorum Pastorum; atque si oues essent ipsorum; Perfectus enim Christi amor efficit, vt quasi proprias nostras accipiamus res, quæ sunt ipsius Christi; & perfectus proximorum amor etiam efficit, vt nostras reputemus res, quæ sunt illorum. Et inde prouenit vt boni Prælari dicantur esse vicarij Iesu Christi, eiusque Successores, obeuntes hoc munus eodem spiritu, quo ipse; non spiritu seruorum, sed filiorum

i Ioan. 10.3

g Psal 77.7.

hz. Reg 7.8.

i Ioan.  
10.12.

k 1 Reg.  
17.34.

1 Genes.  
31.40

a Ephes.  
5.25.

Serm. 76. in  
sanctis.

Dei, qui res Patris sui respiciunt tanquam proprias suas, pro quibus se-  
periculo exponunt, eum in modum quo Dauid dixit Saul: *k pascet bar-  
uus tuus Patris sui gregem, & veniebat leo vel vrsus, tollebat arietem de medio  
gregis: & persequabatur eos, & percutiebam, eruebam quæ de ore eorum.* Quom-  
uis enim grex non ipsius esset, sufficebat illi scire, quod esset Patris sui  
vt permotus amore & obedientiâ illum erga pugnaret cum feris ad-  
ruendum oues ex ore earum quæ illas prædabantur. Quanto ergo ma-  
gis sufficebat debet Prælati, qui sunt filij Dei viui, scire has oues sibi com-  
missas esse Patris sui cælestis: vt eas gubernent & tueantur multò diligen-  
tius, quam si propriæ ipsorum essent? Et si Iacob? eò quod duxisset Ra-  
chelem & Liam filias Laban, tantam curam adhibebat in custodiendo  
grege loceri sui, vt diceret de se: *I die nocti quæ estis vrbear, & gelu: fugiebat  
que somnus ab oculis meis,* vt illum fideliter custodiret: quanto magis Præla-  
tus, qui sponsas duxit vitam Actiuam & contemplatiuam, ipsiusmet Dei  
filias, amare & custodire debet gregem sibi commissum, nulli parcendo  
labori, vt ipsi placere possit?

§. I.

**E**X his licet extollere puritatem & excellentiam huius amoni-  
Quamuis enim verum, sit, quod Christus D.N. sic vnuerſa Eccle-  
siæ sponsus, a *quam dilexit tanquam sponsam suam;* & vt Apostolus di-  
cit, *seipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret, mundans lauacro aqua verbo  
vita, vt exhiberet ipse sibi Ecclesiam gloriosam, non habentem maculam, aut  
ruga; aut aliquid huiusmodi:* Prælati autem, qui eius sunt vicarij, etiam in  
hoc ipso tales sunt: tantum enim illis fidei, vt sponsam suam illis tradidit  
vt studeant (vt ait S. Bernardus) eam docere, & bonis moribus, san-  
ctisque operibus exornare, ad honorem & gloriam cælestis eius sponsæ  
exhibentes se in hoc ipso fidelissimos vicarios. Atque ideo in consecra-  
tione Episcoporum, cum eis traditur annulus, dicitur: *accipe annulum, &  
dei scilicet signaculum, quatenus sponsam Dei, sanctam videlicet Ecclesiam in-  
merata fide ornatus custodias. Amen.* Et hoc nomine licebit dicere, quod  
quemadmodum Episcopi sunt veri Pastores particularium suarum Ec-  
clesiarum, etiam si Christus principalis sit Pastor: ita etiam, quamuis  
idem sit principalis sponsus, ipsi suo modo etiam illas accipiunt tanquam  
sponsas: quas proinde diligere debent puro amore, quo Christus eas di-  
lexit contendendo eas facere pulchras, & gloriosas absque macula, aut  
ruga, aut aliqua fæditate. Nec respicere debent præcipue ad eius dotem  
redditus, honores & præminentias: id enim esset non Christum, sed se  
ipſos querere; & lucra sua potius, quam ipsam Ecclesiam: sed præcipue  
intendere debent ad gloriam Christi Seruatoris nostri, & bonum & vtilitatem  
Ecclesiæ, quam ipse adeò diligit: ostendentes amorem suum  
in rebus

in rebus omnibus in quibus boni sponsi ostendere illum debent, sicut ipse Christus illum ostendit sponsae suae eo modo, quem proposuimus Tomo 2.

HINC alia ratio oritur amoris: quia Praelati sunt etiam Patres spirituales subditorum, quos amare debent amore puro, *ut* *tanquam filios, quos in Christo Iesu genuerunt ex sponsa sua Ecclesia.* Talem gerebat Apostolus amorem erga Galatas, cum eos tenerrime compellans dicit: *c. filioli mei quas iterum parturio donec formetur Christus in vobis.* Et aliquando seipsum appellat *d. nutricem fouentem & lactantem filios suos.* Quamobrem S. Bernard. dixit: Praelatos tanquam matres esse debere subditorum, caelestem sponsum imitantes, de quo dicitur, quod eius *e verba meliora sint vino:* quo significatur maternus affectus, quo ille eos diligit; & lac suauissimum, quod nobis communicat. Audiant, inquit, hoc Praelati, qui sibi commissis semper volunt esse formidini; vtilitati raro. Erudimini, qui iudicatis terram: discite subditorum matres vos esse debere: non Dominos. Studete magis amari, quam metui. Et si interdum seueritate opus est, paternam sit, non tyrannicam. Matres fouendo, patres vos corripiendo exhibeatis. Mansuecite: ponite feritatem. Suspendite verbera: producite verba: pectora lacte pinguescant: non typho turgeant. Quid iugum vestrum super eos aggrauatis: quorum potius opera portare debetis? cur morsus a serpente paruulus, fuit conscientiam Sacerdotis: ad quem cum magis operuerat, tanquam ad sinum recurrere matris? Si Spirituales estis: instruite huiusmodi in spiritu lenitatis: *considerans vnusquisque seipsum, ne & ipse tentetur.* Alioquin ille in peccato suo morietur: sanguinem autem eius de manu vestra requiret. Huc Sanctus Bernardus. In quibus nouas alias rationes insinuat ad gubernandum subditos cum amore, obeundo officium Patrum ac matrum erga illos. Matris, quidem ut illos alliciant; patris autem, ut corripiantur, & ubi opus erit etiam puniant: vtramque hanc partem ita coniungendo, ut neque amor reuerentiam imminuat, neque reuerentia amorem: neque subditi, ob nimium amorem & lenitatem, quam Praelati illis ostendunt, abijciant fratrum disciplinam, & in grauiora peccata labantur; neque ob nimiam seueritatem illa occultent, & medicos fugiant. Cum igitur Apostolus parentibus carnalibus dicat: *g nolite ad indignationem prouocare filios vestros, propter incommoda quae inde sequuntur: ut suo loco diximus: magis consentaneum est ratione, ut spirituales Patres amorem hunc ostendant, agendo suauiter cum suis: ut non pusilla animo fiant; & oderint, quos amare deberent; & fugiant, quos oportet sequi.* Idem suadet S. Gregorius, dicens: *curandum est ut Rectorem subditis, & matrem pietas, & Patrem exhibeat disciplina. Ne cum eos premit, verus sit seuerus; nec cum indulget fiat remissior. Misceat suauitatem cum seue*

Tract. 5. c. 4

b. 1. c. rin.  
4. 15.  
c. Gal. 4. 19.  
d. 1. Thessal.  
27  
Serm. 13. in  
Cant.  
c. Cant.

f. Gal. 3. 1.

g. Colos. 3. 21

Tomo 2.  
Tract. 5. c. 8

2. P. Pastor.  
c. 6.



ritate, alteram altera temperando: ne severitas magna subditos exasperet; nec  
 uitas magna eosdem relaxet. Et quemadmodum in Arca Testamenti cum  
 Tabulis Legis erant simul virga, & Manna: ita in pectore Prælati cum li-  
 entia gubernandi sit Virga rectitudinis, & Manna dulcedinis; quæ illam  
 reddat iucundam & suauem. Accedit, quod cum charitas, teste Apo-  
 stolo, sub imperio suo habeat omnes virtutes: illa urget omnes, easque im-  
 pellit, ut sibi in subsidium veniant in bonum subditorum: & ita sunt quæ  
 si stimuli Prælatorum: h charitas enim, inquit, Christi urget nos, ad omnia  
 quæ facimus; & committatur nos in omnibus nostris ministerijs. Neque est  
 stimulus molestus, sed valde iucundus & suavis. Quicquid enim cum  
 amore fit, dulce est; & amatis vulnera vulnerato sunt amabilia: eod quod  
 à beneuola & amica manu proueniant: quia etiam cum ferit, est mollis &  
 suavis: quemadmodum S. Bernardus suauissimis his verbis perpendit. O  
 bona Mater charitas: quæ siue foueat infirmos, siue exerceat prouectos  
 siue aguat inquietos: diuersis diuersa exhibens, sicut filios diligit vniu-  
 sos. cum te arguit, mitis est; cum blanditur, simplex est: piè solet scire,  
 ne dolo mulcere; patienter nouit irasci; humiliter indignari: ipsa est  
 hominum mater est, & Angelorum. Non solum quæ in teris sed etiam  
 quæ in cælo sunt pacificauit. Felix, cui talis contigit mater tunc enim e-  
 rit mater subditorum, qui tanquam filij libenter se eius gubernationi  
 subijcient. Non tamen est satis, quod amet, amore intus in corde rem-  
 nente; sed danda sunt exterius talia eius indicia, ut subditi sibi persuade-  
 ant, se amari, ut & ipsi eum ament, à quo vident se amari. Et quoniam  
 hæc persuasio non efficitur solis verbis, addenda sunt etiam opera. iuxta  
 illud S. Ioannis: *in non diligamus verbo, neque lingua, sed opere & ueritate*, &  
 illud S. Gregorij: *probatio dilectionis, exhibitio est operu*. Et quoniam res cor-  
 poris facilius innotescunt, quàm animæ; & per illas facilius mouentur  
 imperfecti: multum refert, quod Prælati amorem suum subditis ex-  
 stendat, subueniendo eorum necessitatibus corporalibus: quales sunt  
 paupertas, aut infirmitas, aut afflictio aliqua: sicut solet pia mater filijs  
 suis subuenire. Hanc enim ob causam Christus Dominus Noster tan-  
 quam magnus Pastor, magna conferebat beneficia corporalia homini-  
 bus, & ita amorem suum erga illos manifestabat; ac disponebat ad libe-  
 ter excipiendam eius doctrinam, & reliqua ad animam spectantia. ut  
 autem amoris exhibitio præstanzior sit, & eminentior: statim acque ad  
 Prælati notitiam peruenit subditi necessitas, curare debet eam repa-  
 rare, ipso non petente. Quemadmodum fecit Saluator, videns in  
 loco deserto ingentem hominum multitudinem, nec habentium, quod  
 comederent; & misertus illorum dedit illis miraculos è cibis ipsis id non peten-  
 tibus.

h 2 corin.  
5.14.

Epist. 2 ad  
Fulionem.

11. Io. 3. 18  
Homil 30  
in Euangel

k Marci  
6.34. &  
c 8.2.

SEd multò ampliùs ostendenda est charitatis perfectio & eminètia, subueniendo spiritualibus subditorum necessitatibus, cù promptitudine & velocitate; etiam illis non petentibus: desideràdo eundem charitatis spiritum eis imprimere: vt subditus euadat perfectus discipulus, similis in amore suo Praelato, qui eius est Magister. Cuius rei insigne habemus exemplar in Seraphinis, quos vidit Isaias. Qui quod habeat supremum gradum in nouem choris Hierarchiæ cœlestis, referunt Episcopos & Praelatos, qui etiam habent supremum locum in nouem ordinibus Hierarchæ Ecclesiasticæ, quos supra posuimus. Quare non solù Angeli sed Seraphini etiam esse debent: quæ vox significat *ardentes in amore*: quem ostendent in rebus illis, quas illi Seraphini in templo fecerant. vbi clamabant, laudâtes Deû cù târa vehemètia, vt *l'ômota fuerint super limina via cardinû à voce clamantiu*. Qui tamè clamor nò eos impediuit, quò minus, cù ipse Isaias diceret: *ua mibi quia vir pollutis labijs ego sũ*, illi eius stertù audirent. nã statim volauit ad ipsum vnus de Seraphin, & nò expectans alias eius preces, ostendit suã charitatè & feruorè. nã accipiens calculum de altari tetegit os eius, dicens: *Ecce tetigi hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatũ tuũ mudabitur*. Quo exemplo docuit Praelatos, vt quãuis per sanctã contèplationè Deo sint vniti: statim tamen atq; subditorum necessitatè cognouerint, ostendant eis amorem suũ, intermittentes quod faciunt, & volantes velociter ad eos iuuandos, & peccatis purificandos: applicantes eis Sacramenta, Sacrificia & subsidia reliqua, vt non sit opus iplos subditos ad Praelatum accedere, & auxilium petere, ac rogare: charitas enim iplos vrget, ad præstandum quod ipsorum officium ab eis exigit. Nec solum eos purificat, ac mundat: sed illustrant etiã & accedunt, communicantes eis spiritum suũ Seraphinorum, sicut in exemplo proposito vnus de Seraphin fecit cum Isaias. Qui ex illo exemplo, quod vidit in Seraphino, didicit etiã, vt statim atque audiuit vocem Domini dicentis: *quem mittam? Et qui ibit nobis?* ad monendũ scilicet populum: ipse respondit: *Ecce ego: mite me*; ita vt non expectaret aliud Domini mandatum; sed statim, quasi accipiens alas Seraphini, obtulerit sese ad prædicandum, quod Deus cupiebat; etiã aliis qui esset difficile. Ita igitur boni Praelati exemplo & verbo suo efficiunt, vt subditi postquã sunt purificati, ipsos imitentur in feruore & perfectione virtutum; & amore perfecto ardeant sicut ipsi. Omitto multas alias rationes, ac documèta in secundo Tomo proposita pro gubernatoribus Secularibus: quæ maiorem vim & locum habent in Praelatis Ecclesiæ. Et ita concludo: quod lex Euangelica non sit lex timoris, sed amoris; & fideles (vt Apostolus dixit) non tendunt, & mouentur in *spiritu seruitutis amoris*, sicut antiqui, sed habent *spiritum charitatis, & adoptionis filiorum*. *Pm: n quia nò sunt filij ancilla, sed libera qua libertate Christus eos liberauit.*

Tract. 1. c. 1

1 Isai. 6. 4.

Tract. 1. c. 7

m Rom 3. 15  
n Gal. 4. 31.

Cumque Prælati esse debeant viua lex pro suis subditis: æquum est vt in eis cernant charitatem hanc perfectè expressam, quam ipsi operibus expriment: gubernantes eos ipsius legibus charitatis; non tanquam cum seruis, sed quasi cum filijs agentes; non quasi cum mancipijs, sed sicut cum liberis cogitante; Deum ipsis dicere, quod aliquando dixerat Abrahamo: *o eijce ancillam & filium eius*, hoc est expelle ex Ecclesia & Religione, quam gubernas, spiritum seruitutis, eius que actus & effectus non enim in subditis tuis præualere debet spiritus seruorum: sed filiorum & tu debes te, vt patrem erga eos gerere; tuam que charitatem tanquam exemplar proponere eiu, quam ipsi seruare debeant inter seiplos.

o Genes.  
21. 9.

p. 1. Petri  
5. 2.

Hæc omnia collegit Sanctus Petrus Apostolus, tanquam bonus valedique expertus Pastor, dicens reliquis Pastoribus: *pascite qui in vobis est gregem Dei, providentes non coactè, sed spontaneè, secundum Deum: neque in lucri gratia, sed voluntariè; neque vt dominantes in clericis, sed forma facti ex animo. Et cum apparuerit Princeps Pastorum, percipietis in marce scibilem gloria coronam.* Quam sententiam explicans S. Thomas ait: Apostolum monere Prælatos, ne officium assumant coactè, aut superbe: hoc est aliqua necessitate, aut paupertate compulsi: vt habeant vnde viuere & sustentare se possint; neque auaritiâ aut cupiditate diuitias thesauriandi; neque superbia & ambitione; vt habeant, quibus possint imperare: sed illud acceptent generosa quadam voluntate secundum Deum: proponentes sibi gloriam, & voluntatem ipsius Dei sanctum que eius amorem: non præbentes indicia Dominationis in subditos; sed cum eis tanquam cum filijs agentes; præbentes eis exemplum vite, quam omnes sequi debeant. Sic enim remunerabit fideles suos socios corona æternæ gloriæ, ob præclaros ipsorum labores,

## CAP V T I X.

*QVOD CHARITAS ET PROVIDENTIA PRAELATORUM appareat in Residentia suarum Ecclesiarum, & visitandis suis subditis; & modus eos visitandi*



RIMUM QVOD S. IOANNES REFERT IN HAC VISIONE Apocalypsis, est quod viderit Christum D. N. in medio septem candelabrorum aureorū: que (vt diximus) referunt Ecclesias: & hoc ipsum quasi titulum accepit primæ epistolæ, dicens: *Hæc dicit qui tenet septem stellas in dextera sua, qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorum: vt exemplo suo Prælatos moneret, quid in Ecc*

3 Apoc. 1. 1.



hij facturi sint, quarū cura illis incumbit, assistere scilicet semper in medio earū gubernando ac dirigendo omnes ipsorum Iurisdictioni subiectos. Et in hoc ostendere debent amorē, quem erga ipsos habent; & providentiam ac vigilantiam in officio suo. Qui enim verē amat, semper cupit esse cum eo, quem amat; & qui aliorum curam gerit, necesse est eos agnoscere, cum eis agere, & continuam rerum ipsorum memoriam habere; eosque in corde, & b *manilus suu descriptos* gerere: ne ea obliuioni tradat, quæ pro eis facere expedit. Apta autem est similitudo Euangelistæ; si enim Ecclesia est candelabrum aureum: Prælatu est lucerna à Christo D. N. *accensa vt omnibus fidelibus luceat*. Christi autem voluntas est, vt lucerna maneat in st o can lelabro, quasi in proprio loco: vt luceat omnibus, qui in domo eius sunt. Quod si S. Iohannes non expressit, quod septē illa candelabra haberent lucernas, quæ ipsos Episcopos significarent id propterea fecit, q̄ stellas eos appellauerit; & aliū assignauerit nobilorem locam, manum scilicet dextram ipsius Christi: quo significat: eorum lucem esse celestem impertitam à Patre luminū per manum Mediatoris, qui eius est filius. Qui quemadmodum singulas stellas in proprio suo loco collocauit, in quo vt dixit Baruch Propheta: *d stella dederunt lumen in custodijs suis*: ita singulos Prælatos collocat vbi vult: constituens, vt in eis locis tanquam in suis stationibus & custodijs dent lumen suum. Et Propheta Zacharias in alia visione huic simili vidit *candelabrum aureum totū & lamp idē super caput ipsius*. que significabat Christum Dominum Nostrum vniuersale Ecclesiæ caput, sub quo erant *septem lucerne* in ipso candelabro: qua (vt ait: Sanctus Cyrillus Alexandrinus) significabant multitudinem Episcoporum, quorum S. Iohannes hic meminit: & quorum officium est, vt eorum quem que residere in suo candelabro, illuminando illam Ecclesiæ vniuersalis partē, quæ illi sorte contigit. Latet autem magnum mysterium in eo, quod S. Iohannes viderit septem candelabra aurea, quibus significabatur: particulares Ecclesiæ multas: Zacharias autem non vidit nisi vnum, cum septem hastilibus, in quibus erant septem lucerne: ad significandum: omnes illas lucernas fuisse: cum vna Catholica Romana Ecclesia coniunctas, cuius caput vniuersale est vnum, Christus scilicet D. N. Iuxta illud, quod in Canticis Canticorum dicitur Salomonem habuisse octoginta vxores minus principales, & sexaginta quasi Reginas, *f sed vna inquit, est columba mea perfecta mea*: ex omnibus enim sit vna columba & perfecta Ecclesia, sponsa veri Salomonis, qui est Princeps pacis.

§. I *Rationes ad Residentiam obligantes.*

**H**inc licet incipere aperire rationes, quæ Episcopos obligāt ad residentū in suis Ecclesijs, & quosuis Prælatos in suis cōuentibus, Collegijs, aut domibus sibi cōmissis Quæ admodum. n. Christus D. N.

est vnicus

8

b Isa. 49.16

c Mact. 5.16

d Baruch.

334.

e Zach. 4.2

9

ibidem.

f Cant. 6.8

vnicus vniuersæ Ecclesiæ sponfus: ita Episcopus, vt supra est dictum, est Ecclesiæ suæ particularis sponfus: vir autem debet coniugi suæ cohabitare, vt eam, totamque familiam gubernare possit; & de rebus necessarijs ei prospicere: ne ex diuturna eius absentia siue iusta causa eueniat, vtili fidelitatem Deo debitam non seruet. Sicut nequam illa mulier, de qua Salomon refert, quòd suæ temeritatis prætextum, & causam attulerit: quòd a non esset vir in domo sua, nec tam citò reuersus. Huiusmodi enim absentia solent occasionem præbere multorum spiritualium adulteriorum; quæ perpetrata non fuissent si Prælatus præsens fuisset: ac propterea ipse eisdem manet defœdatus & oneratus.

a Proverb.  
7.19.

2

Est etiam Prælatus gubernator nauis Ecclesiæ, quæ continuè nauigat in procelloso huiusmundi mari, inter ingentes tentationum ac tribulationum tempestates: ac propterea necesse est gubernatorem non esse ab ea absentem, ne periclitetur nauis, damnumque ex eius absentia proueniat in ipsum recidat. Debet enim Prælatus esse sicut Patriarcha Noe, (figura, vt ait S. Bernardus, statûs Prælatorum) qui ex voluntate & præcepto Dei ingressus est in arcam, & nauim suam; & toto tempore, quo diluuium perdurauit, mansit in ea, cum tota domo sua, gubernando eam, & reliqua animalia quæ ibidem erant. Et ne que cessantibus pluuijs voluit inde exire (vt perpendit S. Ambrosius) donec c. ipsemet Deus, qui iusserat ingredi: egredi iuberet. Bonus enim Prælatus ex voluntate Dei suscipere debet curam nauis Ecclesiæ suæ, & in ea semper residere. eiusque gubernationi assistere, non deserens eam: donec ipsemet Deus egredi inde iubeat, aut migrando ad aliam vitam; aut ad rem aliam maioris eius gloriæ. Quantum autem præsens ipse fuerit, confidere poterit Diuinæ eius misericordiæ quòd sit Ecclesiam illam protecturus, & à persecutionibus aliunde exurgentibus defensurus; ipsumque cum ijs qui in ea manebunt, in pace seruaturus. Quod si detrimentum aliquod cum aliorum culpa oritur, erit ipse à culpa liber, & immunis.

b Genes. 7. 1

c Genes. 8. 16  
Lib. de Noe  
Arca c. 21

3

Hic accedit, quòd Prælatus sit quasi dux generalis Exercitus militantium in sua Ecclesia, qui semper sunt in acie, aut in campo; & oppugnantur ab innumeris hostibus inuisibilibus nunquam dormientibus; & vtilibus, qui nunquam desunt. Quod si Dux eos gubernans absit, exercitus manet expositus periculo succumbendi: abijciunt enim milites animi quia non habent excitantem & dirigentem. Ac propterea dixit Salomon: d. vbi non est gubernator, populus corruet. Est quoque Prælatus (vt Ezechiel fuit dictum) e speculator constitutus à Deo Domino N. vt Ecclesiæ sue inuigilet; ac de imminentibus periculis moneat, fortiter clamans, quando hostes accedunt. Quod si ingentis est culpæ, quod speculator obdormiat, aut clamare negligat: quanto erit grauioris culpæ si ab ipsa specula, in qua

d Prover.  
11.14  
e Ezech. 3. 1

est con-

est constitutus, recedat: absens enim malè poterit videre; quæ agantur; & imminetia damna præuenire.

PRÆ omnibus autem competit Prælati esse *pastorem* ouium Christi. Quas non poterit pascere, & à lupis inuadentibus defendere, si ab eis absit. Et hæc est præcipua ratio, quam Sanct. Tridentinum Concilium maximè perpendit grauiſſimis his verbis: cum præcepto Diuino mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oues suas agnoscere, pro his Sacrificium offerre, verbi quæ Diuini prædicatione, Sacramentorum administratione, ac bonorum omnium, operû exemplo pascere; pauperum aliarum quæ miserabilium personarum curam paternam gerere; & in cætera munia pastoralia incubere: quæ omnia nequaquã ab ijs præstari & impleri possunt, qui gregi suo non inuigilant, neque assistunt, sed mercenariorum more eum deserunt: Sacrosancta Synodus eos admonet & hortatur, vt Diuinorum præceptorum memores, factique forma gregis in iudicio & veritate pascant & regant. Hæc Sanct. Concilium, quibus ostendit: præceptum hoc Diuinum fundari supra fidelitatem boni Pastoris, de quo dixit Christus Dominus Noster quod *proprias oues* nouerit, ac *uocet nominatim*: & *ante eas vadat*, & *oues illum sequantur*: eò quòd *sciant vocem eius*. Hoc autem supponit, ipsum esse & versari familiariter cum suis subditis: ex quo prouenit, vt & ipse illos, & illi ipsum agnoscant. Et hoc signum profert Saluator: quod ipse sit *Pastor bonus*, quia *cognosco*, inquit, *oues meas*, & *cognoscunt me mea*: *sicut nouit me Pater*, & *ego agnosco Patrem*. Qua comparatione hoc voluit insinuare: quod pastores talè suo modo cognitionè & familiaritatè habere debeant cum suis ouibus, qualem habent Diuinæ personæ: nunquam ab eis recedendo. verus enim amor non potest ferre absentiam, quando euitare illam potest.

HOC IPSVM etiam explicuit Salomon eadem similitudine, dicens: *g Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosque greges considera: non enim habebis iugiter potestatem; sed corona tribuetur in generationem & generationem*, quasi dixerit, ne satis tibi esse putes, quod subditos tuos ex aliorum informatione, & ex auditu tantum cognoscas: sed stude ex ipso aspectu & familiari cum eis conuersatione eos agnoscere: multum enim ex hoc illi proficiunt. Aequum autem est, te in hoc negligentem non esse: quia potestas & auctoritas, quam nunc habes, non diu durabit: vita enim breuis est, & *h mors non tardat*, qua adueniente, reddes Deo rationè de grege tibi commisso: quam si bonam reddideris, coronam recipies, quæ duret in æternum. Eandem etiam rationem adfert Sanctus Petrus, dum Pastores ad huiusmodi vigilantiam exhortatur. *Et cum apparuerit*, inquit, *Princeps Pastorum, percipietis immarcescibilem gloria coronam*.

¶ *Ita accedit, quòd Prælati non residentes, sint* (vt Concilium Trident.

5  
Sess. 23. de  
Refor. c. 1.

»

»

»

»

1 Ierem. 10  
314.

6  
g Prover. 27  
23.

h Es. Is. 14.  
12.

i 1. Petr. 5. 4

7

K Ioan.  
10.12.

I Ezech.  
34.5.

m Exodi.  
24.14.

n c. 12. l.  
vide Lipo-  
manum  
ibid.

Supra.

dixit) sicut illi quos ipse Saluator *k mercenarios* appellauit, *qui videntes lupum venientem, duntunt oues, & fugiunt.* Nam hoc ipso quod Prælati absunt, accedunt infernales lupi, & gregem, à proprio Pastore desertum, capiunt ac deprædantur. Et per Ezechielem idem Dominus dixit: *disperisa sunt oues mee, eo quod non esset Pastor: & facta sunt in omnem deuoratiorem in stiarum agri.* Nec satis est, quod dicant: relinquere se vicarium & substitutum loco sui, qui munus ipsum obeat. si enim proprius Pastor absque causa deserit gregem suum, quid mirum erit, si Vicarius eius eundem deserat cum illum videt in periculo versari; aut ex ignauia & cordis timiditate non audeat hostie opponere? Horrendum est exemplum quod Scriptura refert, quando Moyses abfuit à populo per dies quadraginta. Quamuis enim id fecerit mandato ipsius Dei, & in bonum populi sibi commisit, ascendens in montem ad agendum cum ipso met Dominio, & accipiendas ab eo Tabulas Legis, & loco sui reliquerit duos vicarios, *m Aaron fratrem suum & Hur* nihilominus videns populus Moysen moras trahere in redundo absente proprio Pastore, *n petuerunt ab Aaron, vt faceret ipsis Deus, qui ipsos precederet.* Qui timens, ne lapidaretur ab eis, nisi faceret quod petebant, non est ausus sese eis opponere, sed *petijt ab eis in aures aureas, quæ cum ille accepisset, fecit ex eis vitulum constabilem:* quæ omnes adorauerunt, tanquam causa, cur perirent. Si igitur absentia adeo iusta, tanti detrimenti fuit causa: quid erit si pastor absit non ex Dei, sed ex propria voluntate? Non vt ascendat in montem ad orandum, sed vt ipse solatia sua quærat; non vt leges constituat in populi bonum, sed ad negocia propriæ suæ utilitatis? Et quam excusationem habere poterit, quod bonum constituit vicarium, cum Aaron malam reddiderit rationem de populo apud quem mansit quasi vicarius fratris sui? Et quid mirum, si vicarius timidus sit: cum ipse Pastor sese abscondat? Et quid aliud fuit, populum in aures aureas, vt idolum fieret: nisi aperte ostendere, quod, absente proprio Pastore, abijciat populus obedientiam charitatis; vt propriæ voluntatis idolum adoret: ac proinde in culpas innumeras labatur voluntate propria?

No n est negandum, aliquando esse posse honestas aliquas causas, ad hanc absentiam iustificandam. vt enim idem Concilium addit: Christiana charitas, vrgens necessitas, debita obedientia, ac euident Ecclesiæ vel Reipublicæ vtilitas: aliquos nonnumquam abesse postulant, & exigunt: eâ tamen adhibita cautelâ, vt in discessu ita ouibus suis provideant, vt quantum fieri poterit, ex ipsorum absentia nullum damnum illæ accipiant. Attuli autem hoc exemplum: vt Prælati cogitent, quanta cura curare debeant huiusmodi absentias, nisi in casibus iam propositis; & quam aliter fieri non potest; & loco suo relictis talibus Substitutis, qui ipso

tum defectum supplere possint. Semper tamen timere debent duo pericula. *Primum* ipsius gregis, ne absente proprio pastore pereat. Nam quando absentia est absque iusta causa, seuerè punientur, ob iacturam eorum omnium, qui propter talem absentiam, exorta tempestate perierunt; aut in conflictu inciderunt in manus hostium, & mortui sunt; aut à lupis deuorati. In eos enim fertur seuerissima illa sententia cuiusdam Prophetæ qui sub specie parabolæ dixit: quod quidam ad se adduxerit quendam hominè dicēs: *o custodi virū istū, qui si lapsus fuerit, erit, anima tua pro anima eius, qui statim addidit: dum ego turbatus huc illuc, me verterē, subito nō comparuit.* Quam parabolam, cum ille Regi proposuisset, statim Rex sententiam tulit, vt pœnam propositam lueret. Quare Prælati eandem subiturus est pœnam, quam Deus proposuit, cum tales subditos ipsi commisit: præmonens, quod si quis eorum periret, eò quod ipse illum desereret; aut verteret se ad res ab officio suo alienas: ipse quoque esset periturus. Quare cauendum Pastori est, ne quid negligat: nam euenire potest, vt ex parua ipsius negligentia, vir ille dispareat; & ipse amittat eum, cuius curam suscepit. Alterum periculum est, ne Ministri & vicarij, quorum opera in officio suo vitur ipso absente curam commissam remittant, sicutque obligationi desint: quemadmodum fecit Aaron: nam illi, ipso præsentem, habent animum & pectus ad præstandum, quod debent. Non enim est nouum in huiusmodi casibus, quod Seruator noster refert in illa Parabola serui, qui videns absentem Dominum suum moram in redeundo facere, cum deberet magnam habere curam familiæ sibi commissæ: *pcepit percutere seruos, & ancillas, & edere, & bibere & inebriari* bonis huius vitæ: ac proinde refert plurimum, quod ipse Prælati assisat, ac super suos subditos vigilet.

9. II. *Visitanda sunt à Pastore loca sue Iurisdictionis.*

Ex eodem capite intelligitur obligatio, qua tenentur Prælati visitare omnia loca, quæ pertinent ad ipsorum Iurisdictionem, quando illa sunt multa. Etsi enim aliquando mittere possint visitatores, qui ipsorum nomine munus visitandi obeant: hoc tamen modo non satisfaciunt: si, cum ipsimet possint, non visitant per se, vt totum suum gregem ex facie agnoscant, & tanquam rei propriæ, curam eius gerant. Et hoc ipsum insinuat Epistolæ illius titulus, qui de Christo D. N. dicit: *a qui ambulat in medio candelabrorum.* Non enim dicit: qui manet; sed, *qui ambulat*: quo verbo insinuat vigilantiâ, & sollicitudine, qua visitat omnes Ecclesias; sicut, cum in hoc mundo versaretur, visitabat omnia loca Israel, in quibus erat Ecclesia sibi à Patre commissâ. Et suis Discipulis dixit: *b Ego in medio vestrum sum, sicut qui ministrat*; qui hinc inde discurret, vt de rebus necessarijs prospiciat. Quibus verbis eos monuit: officij ipsorum nō esse sedere semper

o 3. Reg. 20.  
39.

p Luc. 12. 45

a Apoc. 2. 6.

b Luc. 22. 27

c. *Ecd.* 32. 2.d. *Psal.*  
100. 2.c. *Actuum.*  
15. 6.

2

vbi. *Lorinus*  
susc. de hoc  
agit  
f. *Actuum*  
18. 2.

3

Lib. 1. *cæco*  
nom. c. 5.g. *Iob* 15. 12.

4

vide *Tur-*  
*riã. opusc.*  
de hoc  
argumento  
*Sels* 24. c. 3  
de *Reforma*

5

orare, aut studere, & in sua quiete spirituales cibos sumere; sed surgere, & ambulare per domum, & alijs seruire, & cibos procurare: quibus omnibus expeditis sequetur quod dixit Ecclesiasticus: *c. omni cura tua explicita, recumbe*: hoc est, requiesce paululum, ut iterum surgas, & sicut prius ministros: quemadmodum etiam dixit Dauid: *d per ambulabam in innocentia cordis mei in medio domus meæ, attendens* scilicet, quicquid in ea ageretur; & exemplo meo omnes domesticos excitans, & verbo exhortans, corripiens quod malum videbam, & approbans & confirmans bonum.

Hic fuit spiritus Sanctorum Apostolorum; & maxime S. Pauli, de quo S. Lucas refert, quod dixerit ad Barnabam: *e reuerentes visitemus fratres per cunctas ciuitates, in quibus predicauimus verbum Domini: quomodo se habent*: hoc est, quomodo seruent doctrinam & legem, quã eos docuimus: ut reformemus errores, & eos in bono confirmemus. Et iterum de eodem dicit: quod perambularet varias Regiones, *et confirmans omnes Discipulos*. Et propterea forte Christus D.N. constituit, ut soli Episcopi per se ipsos, & non per aliquem substitutum, administrarent Sacrament. Confirmationis, ut hæc cura eos cogeret visitare omnes subditos, & confirmare; non tantum ipso Sacramento: sed etiam præsentia & prædicatione sua. Nam, ut dicitur communi prouerbio, quoad hoc ipsum propositum Aristoteles vtitur: *oculus Domini impinguat equum*: & pes eius fecundat terram. Et eorum interdum visitare, efficit ut conseruentur, & proficiant. Imò & illud Prælato licet applicare, quod de Deo dixit Iob, *g visitatio tua custodiat spiritum meum*. Non debeat (ait S. Damasus) Episcopi & Prælati esse sicut illæ matres, quæ statim atque filios pepererunt, ut à labore eos nutriendi sese expediant, & rebus palato suo magis aridentibus attendant: eos tradunt nutricibus, imò etiam ad pagos mittunt, & diu illos non vident. Est enim à charitate Christi valde alienum, ita subditos proprios negligere, ut ipsi Pastores eos non videant, sed hanc curam alijs committant. Nulla siquidem cura temporalis ita debet Prælato arridere, ut eã bono proximi præferat. Nec Prælati mater tantum esse debet, sed etiam nutritrix: quæ lacte proprio filios suos alit, ac nutriat. Ac propterea iure optimo Concilia Sacra commendant Prælati huiusmodi visitationes: quantum finis (ut ait concilium Tridentinum) & præcipuus scopus sit sanam & orthodoxam doctrinam, expulsus hæresibus, inducere, bonos mores tueri, prauos corrigere, populum cohortationibus & admonitionibus ad Religionem, pacem, innocentiamq; accendere; cætera, prout locus, tempus, & occasio feret, ex visitantium prudentia ad fidelium fructum constituere. Quæ ut facilis felicitate succedant, monentur prædicatione omnes & singuli, ad quos visitatio spectat: ut paternâ Charitate, Charitate quoque Zelo omnes amplectantur; & interim caueant, ne inutiliter sumptu-

sumptu-

sumptibus cuiquam graues, onerosiue sint; sed contenti modesto comitatu, studeant quàm celerimè, debita tam è cum diligentia, visitationem ipsam absoluerè: Hoc Trident. Concilij Decrerum licet amplius explicare ex ijs, quæ Scriptura Sacra de Salomone refert, qui habebat duos pulcherrimos Thronos, alterum fixum in Palatio suo h' *de ebore grandem: quem vestiuit auro fuluo nimis, in quo erant dua manus hinc atque inde tenentes sedile: & duo leones stabant iuxta manus singulas, ad quem ascendebatur per sex gradus.* Et duodecim leuiculi stantes super sex gradus hinc atque inde. In hoc Throno sedebat ipse ad iudicandum, cum ea grauitate & auctoritate, quæ Regiam eius Personam decebat. Sed quoniam non semper oportebat eum in palatio manere: habebat etiam alium Thronum, siue Regiam sedem, quam vocabant: i *Ferculum* in quo vehebatur per Plateas & fora Jerusalem, vt videret, quid in eis ageretur. & de hoc dicitur, quod *esset ex lignis Libani, & haberet columnas argenteas, Reclinatorium autem aureum, & ascensum purpureum, mediũ autem eius constratum charitate propter filias Jerusalem.* Hoc totum erat figura, quædam, & imago perfectionis, quæ pertinet ad statum prælatorum, de quibus nunc loquimur. Qui thronum suum habent in Ecclesia sua Cathedrali, in qua maximam anni partem resident, vt actus & ministeria officij sui cum ea excellentia exerceant, quæ ad ipsorum dignitatem pertinet; non tam in externa seculari pompa, quàm in sanctitate & perfectione spiritus. Thronus eius debet esse ex ebore propter puritatem & castitatem vitæ, *inaurata auro fuluo nimis charitatis accessissimè.* Sedile eius inniti debet *duabus manibus*, hoc est: vtriq; vitæ, Actiue & Contemplatiue cum perfecta tam præceptorum, quàm consiliorum Euangelicorum obseruatione. Necessè tamen est *duos leones stare iuxta singulas manus*: quia fortitudo & magnanimitas omnia opera debent comitari: ita vt fortitudo timoribus ac periculis occurrentibus resistat: magnanimitas verò res maximas aggrediatur, collocatâ fiduciâ in omnipotentia Dei, qui ad vtrumque subsidium præbabit. Quamobrem dixit Salomon: *k Iustus quasi leo confidens, absque terrore erit.* Ad hunc Thronum ascenditur per sex gradus, sex scilicet opera & exercitia duplicis huius vitæ, quæ retulimus initio tertij Tractatus. Per quos gradus ascenditur ad perfectionem, quam exigit Status Prælationis: auxilium & exemplum accipiens ex doctrina & exemplari vita duodecim Apostolorum, qui significantur per *duodecim leuiculos stantes super sex gradus hinc atque inde.* Hoc virtutum ornamento Thronus eius firmitatem & stabilitatem, quam oportet, habebit, tam in duratione, quàm in diligenti officij sui executione. Propterea enim dixit Salomon: *l misericordia & veritas custodiunt Regem, & roboratur clementiâ thronus eius, & in iustitiâ firmabitur.* Quæmadmodum enim Rex, ita & Pontifex, & quilibet Episcopus, &

h 3. Reg.  
10. 18.

Cant. 5. 9.

k Prouerb.  
28. 1.

c. 2.

l Prouerb.  
20. 28.

m c. 25. 5

Prælatus, qui sederit in suo throno, & dignitate prædictis virtutibus ornata, magnam habebit firmitatem, suumque officium magna cum excellentia implebit, promptus & paratus ad audiendos subditos, qui ad sua proponenda locum petent; & iustitiam administrandam; & gratiam ac misericordiam exhibendam, quam eorum necessitas & miseria exposcit.

1 Cant. 39.

In Cant. 3.

o Psal. 11. 7.

p Prou. 9. 1.

SED quoniam Prælati non debent semper in vno loco hæere, sed opportunè ad ciuitates & loca suæ iurisdictionis excurrere: debent ad hoc Thronum alium aut *Ferculum* habere simile illi Salomonis, non cum illo ornatu ex auro, argento & purpura materiali, quem illud Salomonis habebat (talisis enim Thronus ad Principes huius mundi potius spectat) sed cum ornatu virtutum præstantium, quas res illæ præciosæ significant: quia is proprius est Principum Ecclesiæ. Qui non debent excurrere per mundum, nisi inclusi ferculo cuidam spirituali, quale hic describitur: cuius reclinatorium aureum (vt ait Sanctus Gregorius) est quietæ & piæ contemplatio Dei, eiusque Diuinorum Mysteriorum; quæ oritur ex dono sapientiæ, & iucundæ ac dulcis scientiæ spiritûs. vocatur autem *Reclinatorium*, eò quòd quemadmodum sedes absque Reclinatorio est incommoda eò quòd corpori desit aliquid cui innitatur. cum autem adhæret reclinatorio, sedet magis comòdè: ita Prælati officium eiusque visitationes. erunt incommodæ valde ac molestæ; nisi leuamem & quietem habeant orationis, & contemplationis, quæ illas reddat iucundas. Quamobrem qui inter proximos discurrunt: animarum eorum curam gerentes, nunquam debent exercitium internæ recollectionis, & familiaritatis cum Deo per orationem prætermittere: quòd suum officium cum propria & proximorum vtilitate exequantur. Huc accedunt *columna argentea*, gratiæ scilicet ac virtutes reddentes Prælatum aptum ad prædicandum verbum Dei, quòd est *o argentum purgatum septuplum*. Neque esset abs re dicere: has *p septem columnas* esse illis similes *quas sapientia excidit in domo quam sibi adificauit*: eò quòd septem sint præcipui huius muneris actus, superius commemorati. *Ascensus* autem ad hanc sedem siue ferculum est *per gradus purpureos* actus scilicet mortificationis, & abnegationis sui ipsius, sine qua impossibile est Prælatos frui quiete orationis, & efficacitatem habere in sua prædicatione, & benè fungi suo munere. Licet autem dicere, hos gradus esse septem sicut fuerunt alterius throni: eò quòd insigniores huius mortificationis actus sint sex. Mortificatio scilicet carnis, & quinque eius sensuum; *passionum appetitus sensitui*; propriæ voluntatis; iudicij proptij cogitationum ac diuagationum cordis & amoris nimij ad vitam propriam; ita vt parati sint eam exponere pro gloria Dei & bono ouium suarum. Et hic supremus est actus purpuræ, proprio sanguine tinctæ vt dictum est. *Medium* autem

hunc



huius *Ferculi est stratum charitate*: nam Prælatorum & Prædicatorum corda debet omnino repleta & occupata esse heroica charitate; vt in eis maneat ipsemet Deus permanentes; & ipsemet Christus verus Salomon omnibus amabilis & omnium amator: in quibus locum habeat cum omni excellētia, quod Apostolus optabat omnibus, vt *q Christus habitaret per fidē in cordibus eorum, in charitate* (vt ipse dicit) *radicati & fundati*. Idque totum propter *filiās Ierusalē*, animas scilicet subditorū quos visitat & Prædicatorū quibus prædicant. Vt illi vidētes admirandā suorū Prælatorū & Prædicatorū vitā; & admirantes rarā mortificationē, piā orationē, feruentē prædicationem, & viscera charitatis, quam erga omnes exhibent: afficiantur, & alliciantur ad obsequium sui Creatoris; & capaces sint eorum, quæ illis dicuntur; eaque opere ipso exequantur. Hoc ipsum magis exprimit alia versio, quæ habet: *in medio est ipse accensus vel combustus ob filias Ierusalē*. Quemadmodum enim Christus Dominus Noster est amore ardens in medio Electorum suorum, vt indicatur in hac visione Apocalypsis, quam explicamus: ita spiritus Prælatorum accensus esse debet, & ardens igne amoris Dei, & suorum proximorum; & cupiens accendere & inflammare omnes eodem igne, quo ipse ardet. Et cum per varias partes excurrit, eū eo zelo id facere debet, quo Dominus ille faciebat qui dixit: *ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt accendatur?* Sed quoniam inter visitandum multa occurrent corceptione digna; & peccatores aliqui ipsorum admonitionibus repugnantes: debet etiam aded ardere igne zeli, vt quando ita expediet, prunas & flammās iaculetur punitionis.

DE NIQVE quoniam in his visitationibus, Episcopi opus habet Ministris perfectis, à quibus inuentur, ad præcipuum earum scopum attingendum, reformationem scilicet morum: prospexit Deus noster Ecclesiæ suæ de multis Religionibus, quæ sese addixerunt ad bonum spirituale proximorum procurandum: adiuuantes ipsos Episcopos. Quarum vna est minima nostra societas: cuius Institutum est ire ad huiusmodi Missiones & excurrere, variosque populos visitare, sua in eis ministeria exercētes sicut in ultimo capite Tractatus præcedentis est dictum. Quod præclare confirmat S. Gregorius Nazianzenus consolans amicū suū Nisēnum exulē in varijs partibus. Quemadmodū in cælo, inquit, aliquæ sunt stellæ fixæ; aliæ, quas erraticas vocant, quæ sunt Sol & Planetæ, quæ videntur aberrare per varias cæli partes, nunc hinc nunc ibi: quorum tamen error est cum magno ordine & vtilitate: quia illuminant, & influunt in terram: ita in Ecclesia & Religionibus sunt aliqui iusti, quasi stellæ fixæ, & quasi throni, & sedilia Dei stabilia, excipientes intra se Diuinam lucem ac dona cælestia, sibi tamen solis, non alijs communicāda: quales sunt Anachoretæ & Monachi recollecti, qui solum profitentur vitam contem-

platiuam

q Ephes.  
5.17

videt Ludovic.  
Legio.  
nen/em. ibi.

1 Lu: 2  
12.49.

Epist. 34 ad  
Nisēnum.

Tract. 3. c. 1.  
de hoc Act. 16

(Psal. 18. 6.)

platiā; & personæ simplices ac litterarum ignaræ, quæ totam suam perfectionem ponunt in interiori familiaritate cum Deo. Alij autē sicut Sol & Planetæ ac stellæ erraticæ, quæ sunt quasi Fercula Dei: quasi Tabernaculum suum & habitationē ponit in his solibus: ut illum gestent per vniuersam terram; illustrantes & inflammantes amore ipsius corda mortalium. Cuius rei causā discunt & vagantur hinc inde; quamuis talis diuagatio non sit aberratio, sed reſtitutio & profectus animarū. Et quemadmodum idem Sanctus dixit: tua discursio est Deo gratia; fixumque est de multis bene mereri: quamuis loco minimè fixus sis. Sint igitur Episcopi quasi Soles visitantes, & discurrentes per totam terram sui Episcopatus; secumq; deducant fideles aliquos Ministros, qui quasi celestes Planetæ ipsos iuuent, Concionibus, Confessionibus excipiendis, alijsq; Ministerijs in bonum animarum exercendis; & sic implebunt bene meritis suum: obseruando in omnibus documenta, quæ proposuimus; & alia quæ mox subiiciemus, explicantes Epistolas Apocalypsis, quas insinuauimus, circa quas hoc est aduertendum, quòd non perpendemus in singulis virtutes omnes, aut vitia Episcopi, qui in eis laudatur, aut reprehenditur; sed aliqua tantum specialia, reliquis reiectis in aliam Epistolam, in qua alius Episcopus de eisdem fuerit notatus.

## CAPVT X.

PRIMA EPISTOLA AD EPISCOPVM EPHE SINVM,  
in qua de seruire in gubernatione, oratione & consideratione  
collecta, quæ gubernationem comitantur.

a Apoc. 2. 2

**P** R I M A E P I S T O L A, Q V A M C H R I S T V S D. N. S. C R I B I T ad Episcopum Ephesinum, qui in suis principijs valde fuit seruens ac sollicitus in munere suo: plena est admirandis documentis pro Prælati. Cuius exordium ita habet: a scio opera tua, & laborem, & patientiam tuam; & quia non potes sustinere malos: & tentasti eos, qui se dicunt Apostolos esse, & non sunt: & inuenisti eos mendaces: & patientiam habes; & sustinuisti propter nomen meum, & non defecisti. In quibus verbis Christus Dominus Noster laudat hunc Episcopum à duabus precipue virtutibus, quæ sunt fructus charitatis, & valde necessarie Prælati ad ipsorum gubernationem: cuius reſtitutio maximè consistit in eo, quòd nouerit, bene agere, laborare, sustinere ac pati. Nam otio deſeruit

impatientes, non sunt apti, vt Prælatos agant. Siquidem Apostolus dixit: *b quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.* Hoc est operari, bene laborare, & multa pati, vt superius est dictum. Non collocauit Deus Adamum, humani generis caput, in Paradiso terreno; vt otiosus esset; sed vt operaretur, & custodiret illum: neq; Prælatum ponit in Paradiso Ecclesiæ lux, aut Religionis, vt otiosus maneat; sed vt laboret, & animas colat, ac diligenter custodiat. Operarius est Prælatas, & quali conductor: cui Christus Dominus Noster vineam Ecclesiæ suæ commendat, locat: vt eam fodiat, putet, & ita excolat, vt fructus proferat, eamque custodiat ne vulpes, aut alia feræ eam destruant. Necessè itaque est: cum ad laborandum esse propentum, si velit bonam eius rationem reddere: si enim sit ignarus, eius familia erit sicut d. *ager hominis pigri, & sicut vinea viri stulti,* de qua Salomon dicit, *quod eam repleuerant vitice, & operuerant superficiem eius spina, & maceria lapidum destructa erat.* Euenit quoque ei; quod in libro Canticorum dicitur: *e posuerunt me custodem in vinea: vinea autem meam non custodiu: quia somno induli, & laborare recusaui.*

Est etiam Prælatas Pastor, vt videmus: quod munus magnam exigit vigilantiam & sollicitudinē: quod insinuauit Apostolus, cū dixit: *f qui præest in sollicitudine:* hoc est, qui gubernat alios valde debet esse sollicitus: quia gubernatio varia complectitur ministeria, quæ impossibile est bene exercere, nisi ei, qui ad laborandum sese applicet. Cū autē omnes debeat exemplo suo præcedere: labor eius debet esse duplicatus: nam facere debet, quod reliqui omnes faciunt vt Christiani hominis obligationes perfectè adimpleat, & præter illas habet etiam speciales & Prælati proprias, sicut Sanctus Apostolus dicebat *g abundantius illis omnibus laboraui.* Accedit, quòd Prælati officium non est, vt sit Dominus; sed omnium seruus: seruus autem non est domi, vt dicitur. *h Cū essem liber (ait idem Apostolus) omnium me seruum feci, vt plures lucrificarem.* Qui enim subditos suos vult Christo lucrari: debet omnium fieri seruus, impèdendo se in audiendis, consolandis, docendis, exhortandis, cōpōendis eis; & in subueniēdo eorū necessitatibus; mortificando & abnegādo proprium suum amorem, & faciēdo contra suum palatum milles, tanquam seruus, vt seruiat, & ad sit consolationi, & necessitati subditi. Hic spiritus fuit illius Domini, qui è caelo ( vt ipse dixit ) *i non venit ministrari, sed ministrare.* Et cum cœpit officium exercere Pastoris, semper fuit in continuis laboribus & peregrinationibus per totam Iudæam, & Galilæam; cū magna defatigatione noctu orando, in die docendo, disputando, prædicando, omnes adiuuando. Tam multa autem faciebat: vt non vacaret illi *k neque panem manducare, nec vllam habere quietem.* Ad cuius imitationem dicebat Apostolus Timotheo Episcopo: *l vigila, in omnibus labora, opus scilicet Euangeli-*

b 1. Tim. 3. 1. C. 3.

c Genes. 2. 15

d Prouerb. 24. 31.

e Cant. 1. 6.

f Rom. 12. 8.

g 1. Corint. 15. 10.

h 1. Cor. 9. 10.

i Matt. 20. 28.

k Marc. 6. 10.

l 2 Tim. 4. 5.

m. Prov. 6. 6

22. Cor. 5. 14

a 1. Timoth. 4. 13.

gelista, ministerium tuum imple. Attende; vas paruum modicâ aquâ repleti magnum autem, multâ opus habere: ita ministerium paruum paucis operibus adimpletur; cum verò adeò est magnum, quantum est Prælati non potest impleri nisi multis operibus, & quidem gloriosis. Qui, cum non habeat stimulantem: necesse est, ut ipsemet seipsum stimuletur vade (inquit Salomon) *ad formicam* & piger, & considera vias eius, & discite sapientiam, quæ cum non habeat ducem, nec præceptorem, nec Principem: parat in esse cibum sibi. Quæ sententia præcipuè pertinet, strictiusque ligat Prælatos & gubernatores. Subditi enim, si otiantur, habent super se ducem, Magistrum, & gubernatorem: qui ipsos reprehendit, exhortatur, & stimulat, & cogit laborare, quando opus est: Capitaneos autem, Magistros, Principes, & Prælatos, non habentes alios se superiores, quis stimulat? an laborare coget, si otio delectantur? Discant igitur à formicis, & laborem sponte, etiamsi nullus alius ad id urgeat: sit illis stimulus timor Dei, & charitas Christi, quæ (ut ait Apostolus) *urget nos*, ad quemcunque scilicet laborem, eius obsequij causa subeundum. Omnibus his nominibus, & rationibus laudat Christus D. N. Ephesinum hunc Episcopum: quia omnes illæ sunt propriæ officij ipsius. *scio*, inquit *opera tua, & labores tuos*, non quacunque cognitione, sicut scio mala opera, & labores peccatorum; quos ferunt, dum suo palato satisfaciunt; sed cognitione approbationis, qua & scio, & probo laudoque opera tua bona, viles labores.

§. I.

**O**PERE PRECIUM tamen erit breuem hic texere Catalogum operum spectantium ad Prælatos Ecclesiarum, ac Religionum, in quibus ostendere debent sollicitudinem & feruorem erga suos subditos: suppositis tamen operibus spectantibus ad propriam ipsorum perfectionem, quæ Christiani sunt. Hec opera reduci possunt ad duos ordines siue duo capita. Quædam enim opera sunt secreta, & interna, quæ seorsim & priuatim fiunt; alia sunt externa, præstanda erga omnes subditos vniuersim, & erga singulos in particulari: & vtraque sunt necessaria ad bonam gubernationem & implendum suum officium. *Prima* opera sunt, *lectio, consideratio, & oratio* in subditorum bonum directæ. Lectio (quam Apostolus Episcopo Timotheo commendat, dicens: *a attende lectioni*) præcipuè esse debet librorum, qui docent obligationes & modum perfectè gubernandi; & reliqua quæ paulo post subiiciemus, tanquam argumentum Considerationis. Omitto lectionem & studium aliorum librorum piorum, ac doctorum quoad eum gradum, quo illos legere est necesse ad exercenda ministeria docendi ac prædicandi. Quæ tamen lectio ita moderatè est accipiendò, ut non totum tempus assumat; auferat verò præcipuum gubernationis studium. **CONSIDERATIO** præcipuè debet esse rerum omnium pertinentium

Eccle-

Ecclesiae aut communitatis sibi commissae statum, & ad conscientias subditorum; vt exacte teneat modum & rationem gubernandi: attentius apud seipsum cogitando, quid cum illis agere debeat. Haec consideratio a deo est a Sanctis Patribus commendata, vt Sanctus Bernardus quinque libros, quos ad Papam Eugenium scripsit, in quibus illum instruit ac dirigit in rebus ad eius gubernationem spectantibus, inscripserit: *De consideratione*: quod illa ex parte nostra sit praecipua radix cum Diuina gratia, ad recte expedienda negotia. Et ita ait: *si quod viuus; & sapu totum das adioni, considerationi nihil, laudo te: in hoc non laudo. Certè neque ipsi adioni expedit consideratione non proueniri.* Non enim actio recte fiet, nisi consideratione modum praevideris eam agendi. *Consideratio*, inquit, *ipsius quoque actionis partes benigna quadam praesumptione suas facit, praesagendo quodammodo, & praeparando quae agenda sunt.* quasi qui prius apud se facit, quod postea est facturus exterius; aut quasi prius delineans aedificium, quam illud exteriùs exstruat; aut qui spiritu deambulat stadium, priusquam in eo reipsa currat. Ac propterea Salomon dixit: *b palpebra tua precedant gressus tuos: prius scilicet oculis lustrans locum in quo sis pedes positurus.* Huc accedit quod Consideratio sit Dux prudentiae, quae omnes familias, omnes Ecclesias, & Prouincias gubernat: adiuuans illam vt praeterita recogitet, praesentia intelligit, ac de futuris habeat prouidentiam. Praefert ei lumen in rebus iudicandis ordinandis, consultandis, & exequendis: *Haec*, inquit, *regis affectus, dirigit actus, excessus corrigit, componit mores, vitam ordinat, & cognitionem humanarum ac Diuinarum rerum praebet. Haec res faciendas disponit, iam factas examinat: vt nihil mali incorrectum maneat, nec fiat quod est correctione dignum.* Et indicans ipsi Et genio Papae ea quae sunt consideranda, ait esse quatuor: *Primum*, quod intra ipsum est: vt seipsum cognoscat, & vitam suam recte componat. iacians fundamentum profundae humilitatis. Et de his agit in primo libro. In aliis tribus explicat: qua ratione ea cognoscere debeat, quae habet sub se aut prope se: hoc est, quae pertinent ad subditos & domesticos, ad Ministros & locios, quorum opera in sua gubernatione vtitur. Et hinc ad considerationem ascendit reru, quae sunt super se, magnalium scilicet Dei: vt illum amet, ei que, vt patet, seruiat. De quibus agit in ultimo libro. Quae quatuor considerationes esse debent sicut c quatuor ale mysticorum animalium Ezechielis, quarum duae regebant corpora eorum, duabus autem volabant: modò ascendentes, modò descendentes. Duae enim considerationes rerum ad subditos spectantium vsui sunt ad regendum, protegendum, ac defendendum corpus mysticum Ecclesiae, aut Religionis, aut Congregationis, quae ipsius curae est commissae: aliae verò duae cognitiones, sui ipsius, ac Dei seruiunt ad volandum maiori velocitate per orationem, & contemplationem rerum omnium obsequij Diuini.

Pater Ignatius  
S. Ignatius  
valde eam  
commendat  
P. 9. Con-  
stit. c. 6. §. 3  
lib. 1. de co-  
sideratione.

b Prov. 4. 25

c Ezech. 1.  
11. 23.

SED veniamus ad considerationem rerum ad subditos pertinentium que magis spectat ad scopum nostrum. Hęc, inquam, non debet esse in specie tantum, & in confuso omnium simul subditorum; sed valde distincta & particularis singulorum: & nominatim in gubernatione Religiosa. Cuius figura præcessit in delineatione illa, quam Deus fecit, constituens (ut supra diximus) vt Summus Sacerdos, et si super humeros portaret nomina duodecim Tribuum Israel simul scripta in duobus preciosis lapidibus, sex scilicet in vno, & sex in altero: in pectore tamen eadem nomina distinctius sculpta portaret, singula scilicet in singulis preciosis lapidibus seorsim dispositis ordine suo, ternis & ternis in quatuor lineis. Ex qua figura intelliget Prælatus: debere se præ oculis considerationis omnes suos subditos ita distinctè gestare, vt quæ ad singulos spectant, particulariter agnoscat, ordine suo considerans res singulorum, iam horum, iam illorum. Pectorale autem, siue locum, in quo nomina erant scripta, vocabatur *Rationale Iudi. ij.* Quo significabatur: superiorem animæ partem, quæ *rationem* appellamus, debere magna Consideratione res omnes singulorum aspiciere, vt rectum de eius iudicium ferens, subditos, quorum gerebat curam, prudenter gubernaret. Res considerandas reducit S. Bonauentura ad quatuor quasi capita, significata per quatuor ordines, in quibus Tribuum nomina distributa erant. *Primum* considerare debet Prælatus malas vniuscuiusque naturales inclinationes, & passiones, ac vitia: tentationes, scrupulos, & morbos spirituales, eorum radices & occasiones, vt eas remoueat; & quænam sint remedia: vt ea applicet, diligenter cõsiderans tempus, locum, modum, & opportunitatem, quibus corripiat, aut puniat; & alia adhibeat antidota. *Deinde* bonas etiam consideret propensiones, & qualitates vniuscuiusque; virtutes ac bona exercitia; & quo profectu in eis progrediantur: vt in omnibus corrigat; stimulans negligentem, & continens nimis festinantem; & omnibus conseruet gressum accommodatum, vt in sanctitate crescant. Et quoniam aliqui videntur esse boni, cum re ipsa sint improbi: considerare debet & excogitare, sicut Ephesus hic Episcopus, modum aliquem, quo possit contentans, & probans, proferte in lucem quod intus latet. *Tert. d.* considerare debet res corporales ac temporales singulorum, ac totius communitatis, cuius curam gerit. Ex bona enim vel mala corporis dispositione pendet interdum bona etiam aut mala dispositio animæ, & defectus aut nimia abundantia bonorum temporalium solet esse occasio augmenti, aut imminutionis in bonis spiritualibus. Et quoniam totum id incumbit Prælato, debet ipse oculos suos ad omnia conijcere: attendens in subditis eorum sanitatem & infirmitatem; magnas aut exiguas vires, aut facultates; & omnes necessitates ac defectus, quibus premuntur: vt omnibus prospiciat optimo quo poterit modo.

C. 1. huius  
Tract. Exo.  
28. 12. 21, 29

Opusc. de  
sex alia Seraph. 6. 7.

QUARTO expendet diligenter ordinem, quem preciosi hi lapides inter se habere debeant in bonum totius communitatis, cuius sunt partes, Attendendo, quam inter se charitatis vnionem seruent; & an aliquid sit quod adferat discordiã, & zizania inter ipsos excitet; & an aliquis suum deseret locum, & stationem; aut velit alium ex sua statione extrudere, ex inuidia aut ambitione, aut priuatis alijs, amicitijs, in detrimentum aliorum. Attendat: quomodo suum munus obeant, qui primum locum tenent inter preciosos istos lapides; & quomodo eis sese submittant, qui teneant locum inferiorem, attendendo officio & ministerio suo.

IN eadem consideratione recollecta debet dirigere & constituere officia, occupationes, ac ministeria suis subditis distribuenda: examinans singulorum dotes, ac talenta; & onus, quod illis imponere cogitat: vt sit proportionatum iuxta illud, quod Scriptura dicit, quod Summus Sacerdos: d Aaron & filij eius intrarent in Sancta sanctorum, & perpendere quae ibi essent, vt ea Leuitis distribuere: nam *ipsi*, inquit, *disponunt onera singulorum, & diuidunt quod portare quis debeat.* Quatuor his Considerationibus adhibitis, perfecte implebit Praelatus quod Salomon dixit. *e considera greges tuos, diligenter attendens omnia, quae ad bonum ouium tuarum sunt necessaria; & quod dixit Ecclesiasticus: curam illorum habe: & sic considera, quid tibi cum illis sit agendum.*

AD has considerationes bene peragendas, & ad ipsam bonam gubernationem multum iuuant duae illae, quas S. Bernardus posuit rerum quae sunt intra ipsum, & supra ipsum. Consideratio enim, sui que ipsius cognitio non solum humilitatem gignit; sed modum etiam praebet, quo se habeat erga proximos, iuxta illud Ecclesiastici: *g intellige quae sunt proximi tui ex te ipso: vt quemadmodum velles tractari & gubernari cum suauitate, charitate, & obedientia: ex hoc discas etiam subditos tuos gubernare, subueniens eis in eorum necessitatibus, sicut tu velles tibi in tuis subueniri.* Consideratio etiam & cognitio Dei non solum amorem, reuerentiam, & obedientiam generat: sed etiam docet modum agendi iucundum, suauem, efficacem, ac prudentem in gubernando, sicut ipsemet Deus gubernat. Et qui iuxta has duas regulas alios gubernauerit: non errabit in sua gubernatione. Ex quo fit vt duabus his considerationibus Deus D. N. Praelatos inducat in cellam; in qua (vt ait S. Bernardus) eos docet, *utiliter praesse.* Quemadmodum eisdem inducit subditos in alteram cellam in qua docet humiliter subesse. Et eisdem regulis inducit eos in cellam preciosorum suorum vinorum, vbi communicat affectus feruentes amoris & zeli; & prudenter ordinat in eis charitatem. Eadem considerationes etiam inducunt, ad feruenter orandum pro subditis. vt enim ait P. N. S. Ignarius: officium Superioris est; in primis oratione & sanctis desiderijs

d Num. 4. 19

e Proverb.  
27. 23.  
f Eccles. 32. 2  
Alia lectio  
habet: Et  
sic confide.

g Eccel. 31. 18

Serm. 23. in  
Cantica.

4. parte  
confit. c. 3.

totam domum velut suis humeris sustinere: agendo scilicet cum Domino nostro de omnibus, quæ ad subditorum gubernationem pertinent; proponendo in Diuino eius conspectu omnes eorum necessitates eo modo, quo eas considerauit; & suppliciter orando, vt eas repararet, & ipsum iure ad cooperandū. Meminerint: summū Sacerdotē antiquū, cum in Sanctū sanctorum ingrederetur, oraturus & Sacrificium pro populo oblaturus portasse (vt paulò antè dicebamus) super humeros suos nomina duodecim Tribuum *h coram Domino ob recordationem*: vt scilicet eorem recorderetur, cum esset in conspectu Dei, & auxilium peteret ad onera sui officij portanda. Distinctius autem eadem nomina *portabat super pectus suam, cum ingrediebatur sanctuarium, memoriale coram Domino in æternum*: offerrens illa Deo in suis orationibus, & sacrificijs, cum magis particulari distinctione: vt Deus, eorum memoriam etiam haberet, & faceret eis bene. Hunc igitur in modum est proprium munus Prælatorum, ingredi Sanctuarium: non tantum semel in anno, quod faciebat Sacerdos ille antiquus; sed quotidie, aut valde frequenter: ad offerendum Sacrum Missæ officium pro suis subditis; & colligendum se ad intimum recessum sui oratorium, offerendasque cum magna instātia orationes suas pro eis, donec exaudiantur; & impetrent, quod intendunt: *omniū namque Pontifex* (ait Apostolus) & Prælati *ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in ijs quæ sunt ad Deū*. Neque existiment subditi: subtrahi sibi illud reus, quod in hoc expenditur; sed persuadeant sibi potius pro ipsis impendū; neque minus tunc eos gubernare, quàm cum prodit ad agendum cum ipsis; ibi enim discit ipse & accipit, rectitudinem & efficacitatem gubernationis. Ac propterea in libro Cantorum: *k sponsus adiurat filias Ierusalem animas scilicet subditorum: ne suscitent, neque euigilare faciant dilectam sponsam suam, hoc est animam Prælati, quo adusque ipsa vellet*. Somnus enim ille orationis & contemplationis etiam est ipsis subditis utilis. Et (vt S. Bernadus ait) cum viderit, tempus esse: opportunum, ipse met excitabitur, & accedet ad ipsos cōsolandos, & adiuuandos. Quamuis in rei veritate ita *l dormitat, & cor eius*, etiam dum ibi manet, *vigilet*, oreque pro suis ouibus, etiam cum illæ dormiunt, & requiescunt: sicut boni illi *m Pastores*, de quibus ait S. Lucas, quod *essent vigilantes & custodientes vigilias noctis super gregem suum*. Qui propterea digni sunt, quos *charitas Dei circumfulgeat*, & Angelus Domini illustret, doceatque ea, quibus indigent ad suum officium bene præstandum.

## §. II.

**A**B HIS internis operibus iam dictis transire debet Prælati ad æterna opera erga subditos: ea in primo loco ponens, quæ in communi ad omnes pertinent: studens eis interesse, & quidem primus,

præ-

h Exod. 28.  
19-25

1. Nabr. 5. 1

k Cant. 2. 7

Serm. 52 in  
Cantica.

l Cant. 5. 2.

m Luc. 2. 8.



præcedens eos exemplo suo, sicut Pastor cum proprias oues emittit: a  
 & ante eas vadit, aut sicut b aquila expandens alas suas, & pullos suos ad volan-  
 dum prouocans. Notabiliter enim animantur subditi, cum vident Præla-  
 tos talia opera cum ipsis facere. Et si Prælatus arduum aliquod opus ag-  
 gredi statueret, ad quod multi deberent concurrere: nullum esset effica-  
 cius medium, ad rem facile expediendam, quam quod ipse primus ma-  
 num admoueat. Eum in modum, quo Dux ille c Abimelech, volens quod-  
 dam Propugnaculum expugnare, ascendit in montem cum omni populo suo, &  
 arrepta securi, praeidit arboris ramum; impositumque se dicit humero, dixit ad so-  
 cios: quod me videtis facere, citò facite. Et ita certatim ramos de arboribus præci-  
 dentes, sequabantur Ducem: gloriæ & honori sibi tribuentes, quod facerent  
 idem, quod ipse Dux faciebat. Nullus enim subditus potest iure dedig-  
 nari facere, quod suum videt facere Prælatum; neque cum tædio faciet,  
 quod eum videt facere feruenter, & hilariter. Præterea pertinet ad Præ-  
 latum, duplicem partem suis ouibus præbere; Sacramentorum scilicet, &  
 Sacrificiorum; ac doctrinæ in concionibus & exhortationibus spiritua-  
 libus, ad eos feruore inflammandos: obseruatis tamen documentis circa  
 hoc iam traditis, & inferius adhuc tradendis, cum sexta Epistola Apoca-  
 lypsis explicabitur. Sed quoniam communes exhortationes nõ possunt  
 esse ad singulorum capacitatem & necessitatem adeò aptæ: debet Super-  
 ior intelligere: non esse minimum sui officij opus, præcipue in Religio-  
 nibus, agere in particulari cum singulis; & audire eorum tentationes, &  
 querelas; eos consolari, erigere, & in omnibus eorum rebus rectè dirige-  
 re: talia viscera charitatis & commiserationis ei ostendendo, vt confi-  
 denter totam conscientiam suam ipsi aperiat: vt S. Gregorius his verbis  
 monet: *saltem se, qui præest, exhibeat: cui subiecti quique occulta quaque sua  
 proderet non erubescant: vt cum tentationum suarum fluctus paruuli tole-  
 rant: ad Pastoris mentem quasi ad matris sinum recurrant, Et hoc, quod  
 se inquinari pulsantis culpæ sordibus præuident, exhortationis eius so-  
 latio, & lacrymis orationis lauent. Ad quod plurimum iuuabit, quod ter-  
 tio tractatu dictum est de charitate, qua Confessarij agere, & excipere  
 debeant pœnitentes. Sed vterius progredi debet charitas Prælatorum: si  
 enim viderint aliquem subditorum aberrantem, & euitantem proprium  
 pastorem, studere debent, eum quærere, vocare & quasi dissimulanter  
 ei occurrere, aut etiam ad eius domum venire, & sic remouere ab eo pu-  
 doris velum: vt sponte, & libenter res suas ipsi communicet, cupiens fa-  
 nitate recipere. Debet etiã Prælatus & Prædicator (vt ait S. Gregorius)  
 esse sicut g aquila illa generosa, de qua Deus dixit Iob: quod cum in arduis  
 ponat nidum suum, inde contempletur escam: & vbiunque cadauer fuerit, st-  
 ritim adest. cadauer est peccator; & aquila in arduo & excelso suo nido, est*

Prælatus

a Ioan. 10 4  
b Deut. 32.

"

"

"

c Indicum

9. 48.

2. P. Pastor.

c. 5.

C. 9.

Lib. 31. Mo-

ral. c. 22.

d Iob. 39.

7. 30.

Prælati in suo præcelso statu. Qui tamen statim atque subditum videt culpa mortuum, magno feruore ac festinatione ad eum descendit, & fame, qua laborat, salutis suorum subditorum, procurat eum comedere: ut incorporatum viuó Ecclesiæ corpori viuificet. *Esca* quippe, inquit, *est conuersio peccatorum.* Nec vilis cibus Prælati incundior & gratior esse deberet, quàm anima subditi, culpa aliqua iam demortui. Denique statuat apud se Prælati, se esse fideiussorem singulorum subditorum in omnibus obligationibus, quibus illi tenentur: ac proinde debere ipsum eos vigere, & iuuare in omnibus actionibus, quibus officium suum explet: memor eius quod dixit Salomon: *e discurre, festina, suscipe amicum tuum: ne dederis somnum oculis tuis, nec eum patiaris dormire.* Exhibe ei quæcunque charitatis & amicitia opera poteris: exhortare eum ad poenitentiam, orationem, elemosinas, & omnes virtutis actiones, eo nomine ut ipse quod debet reddat, hoc est suis obligationibus satisfaciatur, & sic tu onus deponas pro illo satisfaciendi.

c Prov. 6.3.

f Apoc. 2.2.

g Luc. 10.7.  
Homil. 17.  
in Euangel.

h Matt. 10.  
10.

HAEC sunt illa opera, quæ Christus Dominus Noster approbat, cum dicit: *scio operas tua, & laborem & patientiam tuam.* neque est exiguum meritum, ea opera magno cum feruore exercendi: quod credat Deum ea videre & approbare; & tanquam iudicem eadem remuneraturum, & tanquam Patrem ac protectorem Omnipotentem commiserationem habiturum laboris ac sudoris nostri; & præbiturum auxilium, ut ille sit utilis, & ipse nullum remuneret in præsentia, & futura vita. Ipse enim dixit *g dignum est operarium mercede sua.* Quæ verba Sanctus Gregorius interpretatur de duplici præmio & mercede: altera quæ dabitur in cælo tanquam præmium altera in terra, ad sustentationem ipsius operarij: quales sunt Decima, stipendia, & Redditi Ecclesiastici, de quibus postea dicemus. Et hæc merces est nouus alius titulus obligans Prælatos & Ecclesiasticos ad non occidendum, sed laborandum in suis officijs: ne indignos se reddant stipendio quod accipiunt; & infideles euadant contra dantem illud, eo sine ut laborent: Quemadmodum perpendit ac desler Sanctus Gregorius, dicens: *Quid nos, ô Pastores, agimus, qui & mercedem consequimur, & tamen operarij nequaquam sumus? Fructus quippe Sanctæ Ecclesiæ in stipendio quotidiano percipimus; sed tamen pro æterna Ecclesia minimè in prædicatione laboramus. Pensamus cuius damnationis sit, sine labore huius percipere mercedem laboris. Cum igitur à fidelibus subditis oblationes ac dona accipiamus: laboremus semper in bonum animarum eorum, & Dominus nobis dabit non solum corporis alimenta, sed etiam refectionem & vires spiritus: quia *h dignus, inquit, est operarius cibo suo.* Et quemadmodum corpus & anima in hoc opere laborant, ita dat corpori, cibum ne laborando deficiat; & simul animæ dat alimentum, ut laboret utilis.*

& cum

& cum sua & aliorum vtilitate; & postea in aeterna vita dabit eis vltimū & gloriosissimum piorum ipsorum laborum praemium. Id enim totum completur, quod dixit Deus Sacerdotibus ac Ministris templi sui: *Quis est in vobis qui claudat ostia, & incendat altare meum gratuito? Hoc est: nullus est vestrum, etiamsi minimum obeat ministerium, qui gratis tamen mihi seruiat: omnibus enim liberaliter pro labore suo in hac & in futura vita praemium reddo,*

*i Malach.*  
1. 10.

## CAPV T XI.

PATIENTIA PRAELATORVM IN TOLERAN-  
dis improborum subditorum molestiis: ex eadem prima  
Epistola.



ALTRA VIRTUS, OB QVAM CHRISTVS D. N. Episcopum hunc Ephesinum laudat, est patientia & tolerantia: a Scio, inquit, laborem & patientiam tuam, quam laudo & approbo, & in ea glorior; & iterum addit: *patientiam habes, & sustinisti propter nomen meum, & non defecisti.* Quid autem mirum, quod tantam habuerit patientiam, quem Dominus attentè aspiciebat oculis misericordiae, & ipsemet iuuabat seipsum tunc, faciendo quicquid poterat. Et hoc est quod refert Sanctus Marcus: Christum Dominum Nostrum cum in monte oraret, eius verò discipuli in mari nauigarent: *b vidisse eos laborantes in remigando: eò quòd esset ventus contrarius eù.* Et circa quartam vigiliam noctis venisse ad eos, ambulantem supra mare, & dixisse eis: *confidite ego sum, nolite timere.* Et ascendisse ad illos in nauim, & cessasse ventum. Quid enim hoc aliud fuit, quàm nos monere, quòd gubernare saepe idem sit, quod remigare? nec possit Ecclesiae ac Religionis navis bene dirigi, nisi magno labore remigando: ob ingentes difficultates, quae in gubernatione oriuntur ex tribus partibus. Primum ex parte ipsiusmet Praelati, qui est homo carnis, ac proinde defatigatur laborando, & agendo cum tot personis, ad eò sibi naturaliter repugnantibus: ex quo mille tædia, tristitia, afflictiones ac repugnantiae oriuntur: contra quas necesse sit remigare. Aliæ proueniunt ab ipsamet nauis, & ijs qui gubernantur; grauitate ferentibus, per mare illud nauigare, per quod Praelatus eos ducit; quia vellent aliam tenere viam, magis iuxta suum palatium. Est autem necesse magnam vim adhibere sicut in remigando: vt illos deducant per viam, qua Deus vult. Aliæ difficultates proueniunt à ventis contrariis, qui Daemonum eorumque ministrorum astutia exurgunt. Quis autem poterit innumeras molestias referre, quae boni Praelati patientiam probant & exercent? Qui-

*a Apocal.*  
2. 2.

*b Marci*  
6. 48.

Opus. de sex  
alio Serap.  
c. 5.

C. 6.

c Cant. 1. 6.  
Serm. 19. in  
Cantica.

Tract. 5. c. 3.  
Tract. 6.  
c. 140

d Luc. 1. 4.

c Proverb.  
14. 29.

rum catalogum prolixum confecit Sanctus Bonaventura: sed earum ta-  
men maximè sunt onera illa, quæ secundo capite retulimus. Eum premie-  
curarum & occupationū multitudo, quæ fluctuum instar alię aliis succe-  
dunt; spirituales temporalibus; & animarū curæ, cū sollicitudine reddunt  
ad sustentanda corpora, & miserias reparandas. Exercent eundem grauissi-  
ma aliquorum subditorū ingenia: qui, vt supra dicebamus, sunt leones,  
pardi, lupi, & vrsi ex vi constitutionis naturalis. Torpor quoque, & exi-  
guus aliorum profectus; mutabilitas & inconstantia in bono: qua in vna  
hora amittunt laborem multorum annorum; inobedientia ac resistentia  
male mortificatorum; ingratitude multorū, quibus dum benefacit, red-  
dunt ei malum; vexantes eum suspicionibus, murmurationibus, querelis  
& malis alijs verbis. Quid autem dicam de occasionibus, quas ei adferunt  
æmuli & candidati, inuidia in eū permoti; falsi Magistri, & filij huius se-  
culi cū suis multis persecutionibus: quæ censetur succedere illis, quibus  
Iudæi, Hæretici, ac Tyranni persequebantur primos Ecclesiæ Episcopos:  
de quibus sponta cōqueritur, cum dicit: *csilij matris mee pugnaverūt contra  
me.* Aptè autem (ait Sanctus Bernardus): os vocat *filios matris sue*, & non  
Patris: eò quod non sint verè filij Dei; sed naturæ, corruptæ culpa & alijs  
miserijs, quas ab Eva matre sua traxerunt. Contra hos omnes pugnare ac  
remigare debet bonus Prælatas, quāuis magno labore adhibito ac defa-  
tigatione. Accipiens inde consolationem: quod Christus Dominus & ad-  
uocatus noster sit in cœlesti monte apud Patrem suum, & inde videat  
ipsius laborem in remigando: & quāuis interdū dissimulet; nec solatia sibi  
sibilia spiritaliū feruorū ei præbeat, vt eius patientiam probe; & ipse la-  
bore suo plus promereatur: opportunè tamen veniet super aquas, & hoc  
modo veniendi docebit eum, ne in mari laborum ac difficultatum sub-  
mergatur; sed sit omnibus superior in virtute Dei, qui ingredietur ipsam  
nauim, & expediet omnes difficultates; & imperabit ventis vt quietentur.

Ad hæc omnia necesse est Prælatos fortissimam induere lorica[m] pa-  
tientia, ac tolerantia in prædictis tribus gubernationis molestijs. Fortè  
enim propterea Christus Dominus ter hunc Episcopum laudauit de paci-  
entia & tolerantia, & quod non defecerint in his laboribus. Persuadeat  
itaque sibi Prælati, summi momenti esse eis hanc virtutem, ob rationes  
superius positas de Confessarijs & Concionatoribus: quæ multò maiore  
locum habent in ipsis: vt qui maiorem Christinam perfectionem profi-  
teatur: cuius lapis lydus est ipsa patientia. Que (vt ait S. Iacobus Aposto-  
lus) *d opus perfectum habet*: ita vt omnia opera patientia perficiantur. Et cum  
teneantur bono exemplo esse suis subditis; contendere debent, vt in to-  
lerantia emineant. Nihil enim est, quod ita illos ædificet atque patientia:  
de qua diximus, quod etiam ipsa miracula & prodigia excellat. e Patientia  
etiam

etiam (vt ait Salomon) *multa gubernatur prudentia* & si nouit ferre, indicia dat magnae sapientiae, & suae gubernationis fidem consequitur, & utilitatem, quam ex semente admonitionum & reprehensionum colligere intendit. Nam quemadmodum subditi, in quos semetis illa iacitur, *fructum adferunt in patientia* (vt dixit Saluator noster) ita & ipsi Praelati; Et *Agrycula* (vt ait S. Iacobus) *expectat preciosum fructum terrae, patienter ferentes; donec accipiant temporaneum & serotinum.* Haec corda expugnat, ac de eis triumphat: quia per eam oues lupos ipsos vincunt, vt supra est dictum. Ac propterea Salomon dixit: *h meliorem esse patientiam, pro fortis: & expugnatore urbium.* Quae tamen neque sine patientia expugnantur: nam potius i *Romani* (vt ait Scriptura Sacra) *possederunt omnem locum consilio suo & patientia.* Et Praelati per eandem sicut Domini suorum & aliorum cordium; & vt Christus dixit *possidebunt animas suas.* Denique omnia promissa, quae facit Deus, adiuuandi eos viis & mediis mox explicandis, praesupponunt patientiam, quam Apostolus dicit esse *in necessitatem ad reportandas promissiones.* Contra vero Praelatus impatiens, facit se detestabilem, & contemptibilem: *Impatiens enim* (vt ait Salomon) *exalta stultitiam suam, suaeque virtutis defectum manifestat; subditos scandalizat, affligit, & a se fugat: quia non audent cum ipso agere, timentes aspera illius responsa, ac dicentes: non ipse est filius Belial, ita vt nemo possit ei l. qui.* Adeo vt, quantum res valde sit necessaria, etiam ipsimet Praelato: timent eam ei indicare, eo quod ostendat, se grauius ferre quod dicitur. Ex quo fit vt *o turbet domum suam,* & (vt ait Salomon) *excitet in ea & possideat ventos murmurationum,* ac dissensionum: quibus tota domus est plena: quia quisque remedium quaerit proprium, etiam si per media prohibita: ne cum eo agant quitam duriter cum ipso agit. ideoque optant, & student murare Praelatum: nam *spiritum ad irasendum facilem, quis poterit sustinere?* aut quis poterit habitare cum Praelato furioso? Necessesse certe est subditum esse valde perfectum: qui Praelatum ferat adeo imperfectum. Cumque plura a Praelato in hoc genere sint exigenda, quam a subdito: equum est Praelatum induere heroicam patientiam, ad dissimulandas ac tolerandas imbecillitates, & impatientias subditi: ne deserat Ecclesiam sibi a Deo commissam: etiam si Sathan sedem suam in ea locet; ipsumque persequatur: Dominus enim vult, vt eam Praelatus non deserat: vt apparebit ex iis, quae scripsit in tertia Epistola ad vnum ex his Episcopis. Non paueat, nec fugiat officium ob graues subditorum mores: pro talibus enim necessarius est bonus superior. Si **MAGISTER** virtutum expellit a se ignaros & vitiosos: quem docebit? si medicus fugit aegrotos, cui medebitur? Si **Dux** belli pugnae se subtrahit: quomodo victoriam cum gloria obtinebit? Si mercator negotiationem, ex qua ingens lucrum habere potest, intermit

f Luc. 8. 16.

g Iac. 5. 7.

C. 4.

h Prouerb.

6. 32.

i Malach.

8. 3.

k Luc. 21. 19.

l Hebr. 10.

36.

m Prouerb.

4. 29.

n 1 Reg. 25.

17.

o Prouerb.

11. 29.

p. 8. 14.

Ex Bonauē-

tura supra.

Epist. 73.

q & Paralip.  
15. 70.

Iudi. 8. 3.

I Prom. 15. 30.

Matt. 20.  
12.Timo 2.  
Tract. 3. c. 13.u' Tim. 3. 3.  
x Titi 17.Epist. 8. ad  
Demophilu.

rat, aut deserat: quomodo locupletabitur? Non rectè facis (dixit S. Bernardus cuidam Abbati cupienti officium deserere propter subditorum repugnantiam) nam *in quantum grauaris, in tantum lucraris: & in quantum iuraris, in tantum tibi tua premia minuis: & quò grauius est onus, et amplius adfert lucrum.* Boni subditi alleuiant onus: sed etiam imminuunt meritum: parum enim habes, quod agas, aut patiaris in eis gubernandis: insolentes autem subditi, vt laborem augent, ita & meritum: occasionem tibi præbent euadendi in virum valde Sanctum. Ac propterea permisit Christus D. N. inter suos duodecim Apostolos esse vnam Iudam, qui ipsum exercebat: vt sic exemplo esset charitatis, patientiæ, & humilitatis Prælati ipsi. cum ea illis euenit fors, vt malos aliquos habebant subditos: quos studeant patienter ac dextre emollire, & bonos redere: q *confortamini, inquit, Deus, & dissoluantur manus vestra. erit enim merces operi vestro.* Manus Prælati (ait Bonauentura) sunt diligentia in agendo; & patientia in tolerando: hæc debent semper esse eleuata in bonum subditorum, & Dominus eorum labores remunerabit. Quod si subditi fuerint ingrati: in eo Prælati consolationem suam ponat: quod Deus obsequij ipsius non obliuiscetur. Et intelligat: eum hanc ingratitudinem permittere, ne ipse ob humanos respectus laboret; sed propter ipsum Deum: cum videat malè sibi ab hominibus retribui. Si quando aduertit turbationem & rebellionem inter suos: ne manu, vt dicitur, armata, & violenter aggrediatur, vt eam sopiat: sed mollia prius adhibeat media, & patienter agat: sicut Gedeon qui blandis & mollibus rationibus *requiscere fecit spiritum virorum Ephraim, quo turbauit contra eum.* Quod si subditi furiosos se exhibeant in corripientem: ne rationibus cum eis contendat; sed mansuetudinem induat: nam vt sapiens dixit: *responsio mollis frangit iram, sermo durus suscitatur furorem.* Quare si de ipso murmurent: taceat vsque ad suum tempus; aut sui rationem tranquille, & pacificè reddat: sicut fecit: *Pater familias ille cum operarijs murmurantibus, quod nonisimos fecisset ipsis paves, qui diutius laborauerant, vt suo loco diximus.* Quod si adhuc importuni, & pertinaces essent: non descendat ad contentiones, quæ maiores proferunt discordias; sed tunc quidem dissimulet, vt magis opportunè felicius rem peragat, etiam premendo magis: v *Episcopum (ait Apostolus) oportet non esse litigiosum, non percussorem, sed, modestum, & non iracundum, sed pacificum;* nec vnquam ostendere, quòd aliquid faciat, quasi in vindictam: etsi enim Zelo iustitiæ aut pietatis aliquid faciat; nullum tamen vindictæ genus admittere debet; memor admirandi illius exempli, quod refert Sanctus Dionysius de Sancto Carpo Episcopo, qui ad eò iratus est in quendam gentilem, qui peruerterat Christianum quendam: vt à Deo peteret vindictam.

Qui statim fuit spiritu raptus, & vidit duos homines iuxta quendam profundissimum puteum, iam iam in eum ruituros: ex quo quidem serpentes prodibant, & eorum pedibus sese implicabant, vt eos deijcerent. Cumque Episcopus id libenti animo videret; & optaret vt omnino ruerent: eleuauit oculos in caelum, quod vidit apertum, & Christum D. N. multis millibus Angelorum stipatum. Qui immensa sua charitate, & mansuetudine descendit e caelo, vt miseris hominibus auxilium adferret; manumque suam porrigeret, ne in puteum ruerent, accurrentibus etiam Angelis ad illos retinendos: Conuersus autem ad Carpum dixit: *Percute aduersum me, & vindictam sume in me: paratus sum enim iterum mori pro salute hominum, & vt a peccatis recedant. Tu autem attende, vt tibi melius sit in hoc puteo cum serpentibus manere, an in comitatu Dei & eius Angelorum, qui sunt clementes? Sic enim ei insinuauit, quod vindictae desiderium eum praecipitaret in infernum; mansuetudo autem, & clementia deduceret ad caelum; & quod Deus oderit Praelatos furiosos, ac vindictae cupidos; diligit vero patientes & mansuetos. Et hoc insinuauit Christus D. N. duobus discipulis dicentibus ei: y Domine: *vu dicimus, vt ignis descendat de caelo, & consumat hanc ciuitatem quae te non recepit? Ipse autem respondit eis: nescitis cuius spiritus estis. Filius hominis non venit animas perdere, sed saluare: nec ita gubernare debetis alios, quasi flammam ita ex ore proijciatis; sed amoris, & visceribus commiserationis tolerare illatas vobis iniurias, & opprobria. Hoc idem intendebat Christus, cum in nocte suae passionis dixit S. Petro, educenti gladium & percutienti Pontificis seruum: mitte gladium tuum in vaginam. Calicem quem dedit mihi Pater. non bibam illum? Docere enim voluit: neminem vindicare debere iniuriam auctoritate propria. Et quamuis sit Princeps aut iudex: non debet cum ira & rancore gladium educere, vt illatam sibi iniuriam vlciscatur. Quare nec Praelatus materiali gladio vti debet ad hanc vindictam; sed quisque, quod ad se atinet, bibere debet calicem laborum occurrentium, cum magna patientia.**

y, Luc. 9. 54

Ioan. 38. 11.  
Matth. 26.  
52.

(. . .)

## NE QVE DESERENDI SVNT MALI SVBDITI.

*nec ferenda eorum improbitates & scandala, sed magno Zelo  
corripienda & punienda.*



E AMOR PATIENTIÆ PRAELATO SIT ALICVIVS  
deceptionis occasio, ferenti quæ non sunt ferenda: ad-  
cit Christus D. N. huic Epistolæ magnam huius Episcopi  
laudem, dicens: *a non potes sustinere malos, Etsi enim mole-*  
*stias & importunitates toleres: non vis tamen iniquitates*  
*eorum, & iniurias contra Deum ferre. Vt huius lauda-*

præstantia bene percipiatur, supponendam est: non esse paruum solati-  
um gubernatoribus Ecclesiarum, & Religionum, & quarumcunque  
communitatum, quod intelligant: absque propria sua culpa posse esse in eis  
aliquos subditos improbos & scādalosos. Cum enim sint liberi, prauasque  
habeant propensiones; resistunt Deo, bonisque eius ministris, volentes  
potius aberrantia sua iudicia & sensuales voluptates sequi. Ideoque in  
septem hęc Aſiæ Ecclesijs, etiamsi appellētur candelabra aurea, & Chri-  
stus ipse in medio earum verferur: erant tamen multi improbi. Et quid  
mirum, cum in ipso initio fuerint tales in Ecclesia, & religione Angelo-  
rum; imò & in ipsa schola Christi inuentus sit vnus ludas? & ex septem  
Diaconis, a Apostoli elegerunt, prodit quidam Nicolaus, a quo dux-  
erunt originem hæretici Nicolaitæ, quorum frequens fit mentio in huius  
Epistolis. Verum est tamen, quod sub Prælati ignavis ac negligētib;  
multum augeatur improbitas subditorum. Ac propterea dixit ipse Salu-  
tor in quadam parabola: *b quod cum dormirent homines, hoc est Prælati,*  
*venit inimicus & super seminauerit zizania in medio tritici: malos scilicet*  
*inter bonos. Sed & Sathan ad eò est subtilis: vt etiam vigilantibus homini-*  
*bus sæpe illa super seminet: illis vel non aduertentibus, vel etiam aduer-*  
*tentibus, in ipsorum despectum: eò quod ipsius subditi eius admittant*  
*suggestiones, quibus eos tentat & stimulat.*

§. I.

I NTER alios tamen improbos subditos illi sunt perniciosissimi, quos  
scādalizātes appellamus: improbā enim de trīnā suā, vitæque detestabili  
ocasionem præbent impingendi & labendi reliquis cum quibus ver-  
santur. Hoc tamē interest inter fortes, ac debiles; perfectos & imperfectos:  
quod debiles faciliè ruūt accepto scandalo; & ita sequuntur malum, quod  
audiūt, aut vident. Ac propterea nominatim dixit Christus: *a qui scandaliz-*  
*auerit vnum de pusillis istis. Quo verbo ( vt notat S. Hieronymus ) in-*  
*nuauit: scandalum passiuum esse proprium debiliū, & in virtute tene-*  
*rorū: fortes enim ac perfecti ( vt ait S. Thomas ) nō accipiūt detrimentum*

a Apoc. 2.2.

b Matth. 13.  
25.a Matth. 18  
6.



ex scandalis, quæ vident; sed potius tristantur, & gemunt, cùm talia vident; & animum assunt: vt, quomodo possunt, illa impediant. Ex quo prouenit, vt subditi ac debiles studere debeant, quantum in ipsis erit, fugere societatem & familiaritatem eorum, qui præbent scandala: ne eorum scabies ipsis communicetur. Iuxta illud Apostoli: *h sis qui frater nominatur, est fornicator, aut auarus aut scandalum aliud præbens: cum eiusmodi nec cibum sumere, nec vllam amicitiam contrahere: c qui enim tetigerit picem inquinabitur ab ea.* At Prælati, qui merito debent esse perfecti, non debent hoc nomine fugere subditos, etiam improbissimos valdeq; scandalizantes: potius hoc ipsum debet ipsos permouere ad agendum & communicandum cum eis, animo & intentione eos iuuandi, Deoq; lucrandi. Vt enim Christus Dominus dixit: *d non est opus valentibus medicus sed malè habentibus: quod ipse respondit obijcientibus quod cum publicanis & peccatoribus manducaret.* Imò etiam à peste hac morum infectis non est fugiendum Prælato: nam corporis quidem pestis potest medicum inficere, etiam nolentem; animæ autem pestis, qualis est peccatorum, non inficit Prælatum, nisi volentem: nam potius bona sua doctrina & industria impedit scandalum, quod alijs præbent; eosque ad suum reuocabit Creatorem. Et in hunc sensum dixit Sanctus Iob, tanquam suæ Reipublicæ caput: *e frater sui draconum, & socius struthionum.* Nam (vt explicat S. Gregorius) agebat fraternè & familiariter cum peccatoribus; tam cum astutis & perniciosus, quasi draconibus: quàm cum hyprocritis ac duris corde, tanquam struthionibus: vt eorum animas lucraretur, eosque in viros alios mutaret. Et S. Paulus agebat cum Iudæis, & Gentibus, & omnibus se accommodabat; non in aliquo malo, sed in bono. vt omnes Christo lucrificeret. Non fugiebat infirmos, sed potius ait: *factus sum infirmis infirmus, vt infirmos lucrificarem.* Meminerint Prælati, quid euenerit Moyfi, cum virgam, quam manu tenebat, proiecit in terram, quæ versa est in colubrum, ita vt eam fugeret, cui tamen Dominus dixit: *extende manum tuam & apprehende caudam eius. Cumque tenuisset eam, versa est in virgam.* si enim Prælati subditum à se projicit: quid mirum si is vertatur in colubrum; & ex bono fiat improbus; & adherens terræ, imitetur mores terrenorum. Quare etsi subditus sit coluber venenatus, non debet Prælati eum fugere: sed accedere, & ad manum accipere, agendo cum illo in charitate: vt conuertatur, mutando vitam colubri, in reâritudinem virgæ rectæ. Non debet manu accipere, vt coluber maneat, & in suis persistat peccatis: ea enim esset impia amicitia; & periculo se exponeret, ne per eius morsum, veneno mali exempli inficeretur: sed ea Prælati mens esse debet, vt sua industria subditus de-

finat

2. 2. 9. 43.  
4. 5.

b1 Cor. 5. 11.

c Eccl. 13. 1.

d Matth. 9.  
12.e Iob 30. 29.  
Lib. 20 c. 29  
Moralium.f1 Corinth.  
9. 12.

g. Exo. 4. 4.

finat esse quod erat, & rectitudinē ac iustitiam amplectatur, quam prius habeat, aut par est habere. Et quamuis huius voti sui compos non eusdat: non tamen fuga capienda est, sed ostendendum os colubis, draconibus, & strutionibus, etiam cum ipsum persequuntur, & malè tractant. Quod si quando fugerit, seque absconderit (quod Sanctus Athanasius fecit) ut se ad meliorem opportunitatem seruet: nunquam tamen fractionem suam deserere debet ex aliqua timiditate, aut pusillanimitate: sed bonos tueri, ne à malis corrumpantur.

HINC sequitur quartum documentum, ut cū Prælati habent plura loca iurisdictioni suæ subiecta; ad eum citius accedant, ac diutius ibi remaneant, in quo scandala magis vrgent: ut eis obuiam eat, & impediat. Scenim impij ibi in *h cathedra sua sedent*, quam David appellat *pestilentia*: id quod tanquam pestis, eorum scandalum adhereat alijs, eosque inficiat: quum est Prælatum ponere suam cathedram ibi contra illam, veritatis solidaque doctrinā sua refutet ac reiiciat malam, & scandalosā. Quod si *Sathan sedem suam ponit* in ciuitate quadam, (ut dicit Saluator noster in tertia harum Epistolarum) quia his scandalizantibus, tanquam instrumentis vitur ad alios corrumpendos, ac peruertendos: iustum est, ut & ipse sedem suam ibidem collocet, ut ei resistat, eiusque conatus impediat, vbi enim maior est necessitas subditorum: debet etiam diuturnius esse Prælatorum mansio & assistentia. Propterea voluit Christus D.N. vicarium suum Sanctum Petrum cum Apostolo Paulo ire Romam, suamque Cathedram ac sedem ibi collocare: eò quod Sathan ibidem habere sedem iniquitatis, & cathedram idololatriæ. Et ipsemet Saluator, qui (ut ait S. Ioannes) *k in hoc apparuit in mundo ut dissolueret opera Diaboli* cum cepit suam prædicationem, erat frequentior in Ierusalem: vbi Scribæ & Pharisei Cathedras suas habebant, in quibus multos docebant errores, quos ipse dissoluere & solidā veritatē docere studebat. In cuius rei signum *l ingressus templum Ierosolymitanum Cathedras vendentium columbas euertit*. Vltus autem est Euangelista vocabulo *cathedra*, ad significandum (ut Sanctus Hieronymus explicat) Prælatos dissoluere & euertere debere doctrinas Magistrorum, qui sunt cupidi, superbi ac deceptores. Qui propter auaritiam aut superbiam suas proferunt phantasias, quasi essent à spiritu sancto per columbam significato. Eiecit quoque ex templo vendentes, & ementes, & mensas numulariorum euertit. Quæ tamen ibi habebantur eo prope-textu, quasi ad sacrificia, quæ in templo offerebantur, essent necessarii: ut sic zelantes Prælati intelligant, quod non debeant huiusmodi vitia permittere, quæ pallio quodam virtutum sese contegunt.

HINC orta est alia laus Episcopi huius Ephesini: cum Christus Dominus Noster dixit: *m tentasti eos, qui se dicunt Apostolos esse, & non sunt: &*

h Psal. 1. 1.

i Apoc. 2. 12

k i Ioan. 3. 8

l Matthai 21. 12.

Ibidem.

m Apoc. 2. 2

inuenisti eos mendaces. Multi enim fingunt se Prædicatores Christi, qui tamen sunt Antichristi Præcursores: & cum valde sint improbi, induunt tamen laruam bonorum; & venenum impiæ doctrinæ tegunt specie veritatis Catholicæ, & interiorem improbitatem dissimulant externa quadam modestia: vt sic decipiant simplices, & obtineant commoda sua terrena, contra quos dixit Christus Dominus: *n attendite à falsis Prophetis. qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.* à fructibus eorum cognoscetis eos & iterum: *o caute à fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis: & impia eorum doctrina contra veram fidem, aut bonos mores.* Quoniam autem subditi non semper possunt per seipsum cauere ab huiusmodi fermento: ad ipsos Prælatos pertinet eos tueri ac defendere per quos (vt Ieremias ait) *D:us dedit probatores in populo robustos: vt sciant & probent; affiment que viam Principum, siue magistrorum istorum declinanti-um à veritate, & ambulantium fraudulentè, & populum decipientium: vt ipsi eorum errores, improbosque mores manifestent, ac refutent: detrahentes eis ouinam pellem, qua se tegunt: vt manifestè appareat, eos verè esse lupos; & sic cognitos populus fugiat.* Ratio autem & via eos deprehendendi est quæ ipse Saluator insinuauit: *ex fructibus dicens eorum cognoscetis eos.* Quamuis enim illi studeant opera sua & verba ita componere vt videantur virtutes, & veritates: semper tamen dicunt aut faciunt aliquid, ex quo fraus & falsitas deprehenditur. Prælati igitur lynceos habere debet oculos, quibus ex paucis, quæ audit, aut videt, conijciat ingens malum. Quod latet quemadmodum ait Sanct. Gregorius, Ezechielem habuisse visum perspicacissimum, vt perciperet q *foramen* quoddam paruum in pariete templi, per quod fodiens ingressus intus in templum, vidit abominaciones pessimas domus Israel. Quid autem est fodere parietem, nisi quod Christus Dominus Noster hic appellat *tentare eos?* hoc est ex ipsorum dictis, aut factis occasionem aliquam accipere, ad aliquid dicendum, aut faciendum: ex quo illi aperire cogantur, quales sint (quemadmodum dictum est in primo & tertio Tomo. quod debeant superiores Prælati tentare & probare petentes Baptisimum, aut Habitum Religiosum) quos vbi deprehenderint, non debent amplius illos ferre nec tolerare; sed eorum errores ac vita omnibus palam manifestare, ne subditis noceant. Eum in modum, quo Christus Dominus Noster magno zelo Pharisæorum vitia publicè ostendebat, & arguebat; vocans eos *hypocritas, & sepulchra foris dealbata, intus verò plena ossibus mortuorum: detra-cta enim larua, & exteriori tegumento: fæditas & fætor, qui statim apparet, omnes videntes fugere cogit.*

CONTRA omnes hos peccatores ostendere debet S. Prælati feruentem suum zelum, sicut Christus dixit huic Episcopo; *non potest sustinere*

n Matthe  
7. 15.  
o Luc. 12.  
Mat. 23. 6.

p Ierem. 6.  
27.

2 P. Paf.  
val. c. 10.  
q Ezech. 8. 7  
r Apoc. 2. 2.

Tomo 1.  
Tract. c. 3.  
Tomo 3.  
Tra. 7. 5. c. 4  
1 Matthe. 23.  
27.

*malos.* Qua non dixit tantum: non sustines; sed *non potest sustinere.* Charitas enim adimit illi & affectum & vires ad scelera toleranda; animum vero addit, vt sancto zelo munitus contra ea insurgat, & exterminet de quo zelo fufius egimus tomo secundo, agentes de Principibus ac Iudicibus secularibus. Qui zelus debet esse adhuc præstantior in Prælati Ecclesiasticis; quorum charitas etiam maior esse debet: magna enim auctoritate reprehendere debent publica & scandalosa vitia, quæ deprehendent in sua Ecclesia, aut familia: etiam si tales delinquentes eruditi sint, & sapientes, sicut Pharisæi: detrahentes eis speciosum lapidem dealbarum horum sepulchrorum, vt fetor percipiatur ossium mortuorum, quæ sub illo latebant: vt omnes subditi illos fugiant. Imò etiam si tales peccatores & improbi sint Reges, & Principes: debent Prælati robustum pectus imbure, suumq; zelum ostendere ad eos reprehendendos: quando id ad scandalum illa reparanda erit necessarium. Prælati (ait Sanctus Bernardus loquens cum Eugenio Papa) tales esse debent: qui Regibus Ioannem exhibebant; Aegyptiis Moysen; fornicantibus Phinees; Eliam idololatram; Elisæum auaris; Petrum mentientibus; Paulum blasphemantibus; negociantibus Christum. Qui vulgus non spernant, sed doceant; diuites non palpant, sed terreat; pauperes non grauent, sed foueant; minas Principum non paueant, sed contemnant; duos durè redarguant: malignantes coerceant; reddant retributionem superbis. Hæc S. Bernardus. Septem propositis exemplis explicans zelum, quem Prælati ostendere debent contra omne genus vitiorum publicorum. Si Principes scandalum præbent luxuriæ sordibus, sicut Herodes: resistent eis sicut Sanctus Ioannes Baptista: etiam si capitis propterea periculum subeant. Si Tyranni eruant, opprimendo pauperes, qualis fuit Pharaon & Aegyptij: esse debent sicut Moyses, induentes animi fortitudinem, quali Diuinam, ad educendos afflictos ex eorum Tyrannide. Si populus habenas laxauerit ad luxuriam, accipere debent sicut Phinees pugionem suæ potestatis, ad eos separandos: adhibentes ad hoc etiam brachium seculare, quando Ecclesiasticum non sufficeret. Si audeant declinare ad idololatram vitiorum scandalosorum sicut populus Israhel fecit, sequens Regem suum Achab, Iesabelem: debent Prælati gerere se sicut Elias, & aggredi falsos Sacerdotes disputationibus ac rationibus; eosque terreat, & repugnantes confundere. Si autem fuerint auari, Simoniaci, ac deceptores, qualis fuit Giezi: debent ipsi esse sicut Elizeus, qui leprosum Giezei puniuit: ita vt neque propriis domesticis parcant, ne infideles famuli Simoniam admittant, aut deprædentur accedentes, aut munera petant nomine Domini sui, occultam ei ignominiam inferentes, vt cupiditatem suam impleant. Quod fierunt mendaces sicut Ananias &

Saphira

Tract. 4.  
c. 6.Lib. 4. de cō  
sideratione.Matt. 14. 4  
Exod. 7. 1.

Num. 25. 7.

3 Reg. 18.

4 Reg. 5. 26

Saphira, negantes veritatem in iudicio, sibi que vsurpantes quod iam ipsorum non esset, & recipientes à Deo, quod simul ei obtulissent: debent zelum induere Sancti Petri, puniendo aliquos, vt alios terreant. Quod si audeant blasphemare, sicut *Himaneus & Alexander* alijque hæretici: debent Prælati esse sicut Sanctus Paulus, vt eos excommunicent, *tradantque Sathana, vt discant non blasphemare.* Quod si emendo ac vendendo, alijsque contractibus rumores & strepitus excitent in templo: debent ipsi flagellum manu arripere, sicut Saluator, & repellere ex domo Dei quicquid eam turbat, & imbecilles scandalizat. Ad quæ omnia eius spiritu impelli debet, qui dixit: *Zelus domus tua comedit me; meque totum absorbit, & in se transformauit: sicut comedens transmutat in se cibum.* Quicquid itaque ago, fit spiritu huius zeli, qui totum meum cor possidet: vt me pro honore Patris mei, & in totius mundi bonum exponam. Hic zelus comedere etiam debet bonum Prælatum, eius indumentem proprietates. Et intelligat, quod quando mollis & amica correctio non sufficit; neque aspera & acerba reprehensio: debeat adhibere punitionem in gradu sibi permisso contra subditos propter aliquem finem ex tribus. *Primus* est, in bonum ipsiusmet subditi, qui peccauit: sæpe enim uenit vt stultus correptus sapiat? & vexatio det intellectum: vt peccatum agnoscat, de fletur, & quaeratur eius remedium. Ac propterea Salomon dixit: *u noli subtrahere à puero siue subdito disciplinam: si enim percusseris eum virga, non morietur. Tu virga percuties eum, & animam eius de inferno liberabis.* Quando autem subditus pertinax est ac rebellis: nec accepta pœna proficit: est etiam necessarium, idem facere in utilitatem carcerorum, qui ex aliorum pœna cautiores fiunt: ne ipse Prælati eiusdem pœnæ reus fiat. Ac propterea idem Salomon dixit: *pestilente flagellato, stultus sapientior erit.* Ex quo fit, vt hoc ipsum sit etiam valde necessarium ad commune Ecclesiæ, ac Religionis bonum. & vt (Christianæ ac Religiosæ disciplina in suo vigore conseruetur. Nam (vt ait S A N C T V S B O N A V E N T V R A) discrimen inter bonam & malam Rempublicam, & obseruantem ac relaxatam Religionem, non in eo consistit, quod in alijs aliqui sint mali, in alijs non: cum re ipsa in omnibus inueniantur aliqui, vt diximus: sed in eo, quod vitia, & scandala reprehendantur & puniantur in Republica bene ordinata, & in Religione obseruante: in alijs autem tolerentur; & sine reprehensione. & pœna transire permittantur. Cumque hoc spectet ad G V B E R N A T O R E S & P R A E L A T O S, idè ex eo dependet, bonum, aut malum communitatis; & felix euentus & incrementum Ecclesiæ & Religionis in eo consistit, vt Prælatos

1 Timoth. 1.  
20.  
Act. 13. 10.

1 Ioan. 2. 17  
Psal. 68. 10

11 Proverb.  
13. 13.

16. 19. 25.

Opus, de sex  
alu Seraph.  
63.

habeat Sanctos, prudentes ac zelantes: qui ferre non possint: aliquid malum in conspectu suo dici, aut fieri; nec facultatem dent, ut etiam in sua absentia aliquid tale fiat. Quod si ipsis inscius, & in ipsorum absentia fiat: non id approbant, nec villo indicio ostendunt sibi placuisse: sed potius statim atque factum resciant, student illud impedire correptione, reprehensione, aut digna alia punitione; Et si enim culpa eius non sit, quod malos habeat subditos: esset tamen valde grauis, cum eis dissimulare, & eos non punire. Quamuis aliquando ob nimium furorem, & correptionis ac punitionis eorum inopacitatem; & quod maius aliquod detrimentum & tumultus timeatur, si tunc puniantur: licebit, ut supra dictum est, dissimulare, & patienter sustinere: donec opportunior adsit occasio eos corripiendi ac puniendi: quemadmodum monet S. Gregor. dicens: medicamenta & cauteria, quæ vulneribus importunè applicantur, ea non sanant, sed magis lædunt. quamdiu autem opportunum tempus expectatur, Prælati patientia exercetur. Nam (ut dixit Dauid *supra dorsum eius fabricauerunt peccatores*) suscipiēs in se, ferre patienter, quod tunc non potest reparare castigans seipsum disciplinis & ieiunijs, ut bonam subditi rei dispositionem, & opportunum eum vtiliter corripiendi, tempus impetret. Cum autem tempus hoc aduenerit, nec dissimulare amplius, nec tolerare debet. Aduertit autem S. Thomas hæc doctrinam intelligendam esse, cum Prælati vult progredi tanquam pater; attendens solum ad particulare subditi bonum. Cum autem etiam tenetur communi omnium subditorum bono prospicere: quando hoc id exigat: potest ac debet reprehensionem ac punitionem adhibere in scandalosos ac rebelles, etiam cum sunt furiosi: semper tamen animo & voluntate eos reducendi & curandi. Ac propterea sensim ac prudenter est eis progrediendum. Eum in modum, ait S. Dorotheus, quo piscator, cum piscem aliquem magnum hamo cepit: nonno tractu illum extrahit: resistentia enim eius filum frangeret, & ita piscem amitteret: sed filum potius laxat, donec spiritum violentum, & turbatum remittat: & tunc eum trahit ad lictus: ita etiam in reprehensione & punitione reorum non ita violenter agendum est, ut illi pereant ac damnentur ob furiam, qua initio laborant; sed tempus aliquod dandum eis est, ut ad seipsum redeant, & aperiant oculos, ad videndum proprium periculum: ut sic vtiliter castigentur. Etsi enim Prælati in his pœnis in flagrantibus se tanquam iudices: semper tamen cogitare debent se esse Patres. Quare cum S. Petrus ex speciali Dei spiritu morte præcipiti puniuit Ananiam, & Saphiram: dicunt multi Doctores utrumque eorum ex eius verbis tantum suorum peccatorum dolorem concepisse, ut re vera non fuerint damnati: acceptate Domino nostro punitione illam mortis temporalis, & ex sua misericordia, propter illorum contritionem, eos ab æterna liberante.

Tractat 3.  
c. 12.  
... p. floral  
c. 10.

7 Psal. 128.  
c. 3.

2. 2. 9. 33.  
a. 6.

Serm. 6.

Actu 5. 3.  
Vide Lorianum illos referentem.

Cum

Cum autem rei in repugnantia sua perseverant: non debent Prælati laxare studium resistendi: vt constabit ex dicendis circa tertiam & quartam Epistolam, contra Episcopos in hoc suo munere negligentes. Et in fine huius Tractatus proponentur alia magis particularia documenta circa huiusmodi Zelum.

## CAPV T XIII.

**PERGIT EADEM EPISTOLA CONTRA PRAELATOS** deserentes Primam charitatem ac feruorem, quo suum munus cœperunt: & quæ ratione reprehendendi sint inconstantes, & qui ex imbecillitate delinquant.

**N**ON EST NOVVM, QVOD VIRI TIMENTES DEVM cum aliquam accipiunt Prælationem, sint in ipsijs initijs valde feruentes: tam in præbendo bono exemplo, quam in suo officio cum excellentia obeundo, & Zelum suum circa legum obseruationem ostendendo, nec à rectitudine deflectendo, propter occurrentes persecutiones. Paulatim tamen aliqui in ipso progressu defaigantur, tum ob carnis imbecillitatē, vnius illud grauiter ferentis; tum ob ipsiusmet officij difficultatem; ac demique propter contractiones, quas ab alijs patiuntur. vnus ex ijs fuit Episcopus Ephesus, ad quem Christus Dominus noster hanc direxit Epistolam, dicens: eam ab eo mitti, qui habet in manu sua septem stellas, & ambulat in medio septem candelabrorum aureorū; & summe desiderat: nullam ex his stellis excidere ex manu sua, aut propria aliquā culpā obscurari; & nullum horum candelabrorum moueri, turbari, aut frangi, aut locum deserere, quem in ipsius præsentia habet. Quare cum ipsum laudasset à sanctitate & feruore, quem in suis principijs habuisset: reprehendit postea, quod illum relaxasset, dicens: a *Habeo aduersum te, quod charitatem team primam reliquisti. mēmor esto itaque vnde excideris; & age pœnitentiam, & prima opera fac. Sin autem venio tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco suo, nisi pœnitentiam egeris. Sed hoc habes, quia odisti f. & Nicolaitarum, quæ & ego odi.* In hac reprehensione minisque adeo tremendis obseruandum est primum, quid sit, *charitatem primam reliquisse*: potest enim duplex huius partis esse sensus. Alter est de ipsa met charitate, quæ coniuncta est cum gratia & amicitia Dei; vocatur: b *prima Stola siue vestis, quam filius prodigus per peccatum mortale amisit; & per pœnitentiam est illi reddita.* Alter sensus est de feruore & præstantia ipsius charitatis: quæ non satis habet, quod fugiat lethalia peccata in offi-

a Apoc. 2. 4

b Luc. 15. 22.

cio suo; neque quod faciat illud ruditer & languidè, & quasi in externa tantum specie; sed cum magna excellentia in omnibus, in quibus oporteat laborare, & aliquid pati in utilitatem animarum; & resistere peccatis tam proprijs, quàm subditorum cum magna animi virtute. Et hanc Richardus fuisse *charitatem primam* præcipuam ac feruentem, quam hic Episcopus reliquerat remittendo feruorem officij sui. Quæ tamen iactura in Prælati valde magna censenda est, ac reprehensione digna. Tum quod disponat ad amittendam ipsammet charitatè, & gratiâ Dei: sicut corporis morbus disponit ad mortè; & qui deficit in modico, sensim etiam deficit in multo: parui enim defectus debilitant ipsum, ne possit strenuè resistere magnis. Tum quod id cedat in graue subditorum damnum, qui facillè imitantur suum Prælatum. Et si hic primam deserat charitatem, multo illo exemplo permoti illam omnino exuunt. Nam quemadmodum Ezechiel Propheta dixit quod *b cum ambularent quatuor illa sancta animalia ambulabant pariter & rotæ iuxta ea: & cum eleuantur animalia, & cum pergunt aut starent; rotæ pariter eleuantur, pergebant, aut stabant, sequentes ipsa animalia in omnibus.* ita Prælati trahere solet post se subditos, & subditi pergunt gressu sui Prælati: ita ut cum feruente sint feruentes; & cum ignauo ac pigro, ignaui & pigri; subsistentes in ipso cursu, cum vident ipsam subsistere. Quemadmodum autè animalia nunquam retrocedebant, sed pergebant semper ulterius, ac proinde etiam rotæ, quæ illa sequebantur: ita Prælati nunquam debet retrocedere, deserens inceptum feruorem. *c Nemo enim mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est officio Prælati, aut regno Dei, quod est Ecclesia, de qua dicitur, quod d progreditur quasi aurora consurgens, & e quasi lux splendens procedat, & crescat vsq; ad perfectam diem.* Prælati autem in hoc progressu & augmento debet esse dux: quod si retrocedat non est aptus dux aliorum, qui progredi semper debent. Præterea minarum propositarum grauitas indicio est, quod huiusmodi torpor & laxitas ingenti periculo sit exposita. Nisi enim penitentiam egeris ait: *mouebo candelabrum tuum de loco suo.* Candelabrum hic vocat dignitatem & munus Episcopale, super quod stat bonus Prælati lucens & ardens in bonum Ecclesiæ. Quod si remittat & sensum claritatem ac lucem, & amoris fauorem amittat: auferet illi Deus dignitatem, eò quod minus rectè illa vtatur. Et hoc (ait Sanctus Gregorius) significat, quod *Christus Dominus noster magno zelo euerterit cathedras vendentium columbas in templo: punit enim peccata subditorum per ipsos Prælatos: ipsos tamen, qui cathedras Ecclesiæ occupant, eisque abutuntur: punit per seipsum, auferens illis cathedram; aut incurabili aliquo morbo eos afficiens, aut morte eos puniens, aut denique permittens labi in aliquod delictum, ob quod dignitate priuentur.*

*Est communis vide Richardum & Viegam.*

*b Ezech. 1, 9. 21.*

*c Luc. 9. 62.*

*d Cant. 6, 9  
e Proverb. 4, 18.*

*Ita Ribera hic.*

*Homil. 17  
in Euang. f. Matth. 21, 12.*



Propterea abstulit Heli Sacerdoti dignitatem, & summum Sacerdotium: cum enim feruenter cœpisset; Deus illum honore affecit: quia honorabat, & glorificabat ipsum Deum: sed cum venit ad senectum, euasit tepidus, & ignauus: ac defecit in Zelo officij sui. quam ob causam reiectus à dignitate est. Et cur Deus abstulit Sauli regnum, quod illi incogitanti tradiderat? nisi, quod nō perseuerauit in feruore quo cœperat: sed obedientiam conculcauit, vt propriam sequeretur voluntatem. Non vult Dominus noster, vt candelabra Ecclesiæ suæ candelas habeant extinctas, sed ardentes. Et si qua propè est, vt extinguatur: eam monet, vt excitetur & luceat: alioquin eam remouebit, & alteram eius loco ponet: *g qua luceat omnibus qui in domo sunt.* Grauius fert, quod serui eius non bene negotientur talentis, & minis sibi traditis: ideoque negligentibus, & *h abscondentibus talenta accepta in terra, iubet illis auferri,* & priuat officijs, quæ eis contulerat. Et vni horum dixit: *i expellam te de statione tua, & de ministerio tuo deponam te.* Sed vltius progredi solet hæc punitio: quod insinuant eadem verba in alio sensu magis tremendo; *mouebo candelabrum tuum de loco suo:* quia intelligit per candelabrum ipsammet Ecclesiam ei commissam: quæ læpè ob peccata & negligentias Prælatorum graues sentit motus, & patitur tribulationes; & subditi dilabuntur in grauias peccata: propter quæ tota illa Ecclesia iacturam facit loci, ac stationis, quam in Dei conspectu habebat. Sicut perierunt plurimæ Ecclesiæ in Oriente & Septentrione. Et hanc ob causam, cum voluit Ciuitatem Ierusalem exturbare, dixit, eam destruentibus. *k à sanctuario meo incipite.* Cœperunt ergo à viris senioribus, qui erant ante faciem domus. A sanctuario iubet incipi exterminium, hoc est à Prælati & ministris Templi: quorum peccata fuerunt causa peccatorum populi: & ita punitio illa cœpit à senioribus, quibus erat commissa gubernatio. Ex quo apparet, quam horrenda mala sequi possent ex paruis etiam negligentijs: si quidem ob remissionem feruoris charitatis, sensim deueniri potest ad totius communitatis ruinam. Ac propterea Ecclesiastes dixit: *l in pigritijs humiliabitur contignatio; & in infirmitate manus perstillabit domus,* & ita facile tectum ruit. cuius decidentis pondere solet etiam ruere, quod sub se habebat. Tectum Ecclesiæ & familiæ est Prælati: quia est eius caput: qui quod se dedit pigritiæ, multas culpas, leuesque defectus admittens, eò deuenit, vt plane ruat: qua ruina solet totam domum destruere, & familiam totam.

LATET quoq; mysterium in eo quod Christus D.N. Episcopum hunc reprehenderit potius, quod *primam charitatem dereliquisset;* quam quod deseruisset primam obedientiam, aut patientiam, aut aliquam aliam vir-

tutem

1 Reg. 2.30.

1 Reg. 15.23.

g Matth.

5.15.

h c. 25. 25.

Luca 19. 24.

i Isai. 22. 19.

k Ezech. 2.

6.

l Eccl. 10. 8.

tutem. Quia charitas est omnium virtutum regina, & quæ illas post se trahit; estque Prælatorum valde propria; & gubernationis eorum primum fundamentum, vt vidimus. Ac proinde, qui in eius actionibus sit remissior, multò est perniciosior, ac maiori reprehensione dignus: patet enim magnum indicium, quòd in ipso multum præualeat cupiditas & amor proprius. Quemadmodum enim dixit Sanctus Augustinus in imputationem cupiditatis esse charitatis augmentum: ita charitatis imminutio, indicium est, quòd creuerit cupiditas, & aucta fuerit improbitas iuxta illud Christi Dominij: *in quia abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum.*

Lib. 88. 99.  
q. 36. 4.  
in Matt. 24. 12.

**DENIQUE** in vltima Epistola videbimus periculum eorum, qui tepidæ aquæ instar Deum prouocant ad vomitum: quæ summa est animæ miseria: in quam ne incidat Prælatus deberet primum feruorem in omni bono, quod aggreditur, seruare. Neque est minimum huius tepiditatis periculum, quòd cum sensim & paulatim subintret; nec aduertatur tantum nec agnoscat. Ideoque ipso existimante, se retinere primam charitatem: vermis tamen torporis & ignauitæ illam comederit. Iuxta illud Osee Prophetæ: *non comederunt alieni robur eius, & ipse nesciuit: sed & cani effusi sunt in eo, & ipse ignorauit.* Nam (vt ait S. Bernardus) seruans exteriori suspensam, salua sibi omnia suspicatur: non sentiens vermem occultum, qui interiora corrodat, debilitat, & enervat.

in Osee 7. 9.  
Serm. in ca.  
leuin.

## S. I.

**A**D HÆC damna & pericula præuenienda ac remouenda vltimo Christus D. N. remedio, ad id valde accommodato; hoc est correctione: quam tamen noluit per seipsum huic Episcopo & alijs adhibere; sed per S. Ioannem, qui caput erat omnium Episcoporum, & Ecclesiarum Asiæ. vt ex hoc intelligatur: prudentem correctionem, quam Prælatus adhibet, accipendam esse quasi ab ipso met Deo, qui eam iubet per Prælatum adhiberi. Quam qui contemnit, Deum censetur contemnere. Ac propterea dixit: *a qui Ecclesiæ correctionem & eius Prælatorum non audierit, habendum esse tanquam Ethnicum & publicanum.* Cum autem etiam Prælati sint homines, erroribus & peccatis subiecti; qui etiam indigent correctione: debent & ipsi per alios, eorumque superiorum habentes corripere; præcipuè cum correctioni adiungitur reprehensio & munitio. Hic enim est propriè actus Superioris erga sibi subiectum; non autem subditi erga Superiorem, vt supra est dictum. Et hoc est conforme sententiæ S. Pauli dicentis: *b Seniore & Presbyterum ne in re pauis, sed obsecra vt Patrem: vt se emendet à defectu, quo laborat.* Præter hoc

a. Matth. 18. 16.

Tract. 3.  
c. 12.

b. Tim. 5. 1.

tamen ipsimet prælati attendere debent diligenter qualitatem & gradum Personarum, quas volunt corripere & reprehendere. Alio enim atque alio modo reprehendendæ sunt Personæ graues, & communes; qui peccant ex inaduertentia, aut imbecillitate, & qui peccant ex malitia; qui sunt dociles & facillè obtemperant, & proterui ac rebelles. Eadem autem discriminis ratio habenda est circa minas, & pœnas infligendas: quæ medicamenta accommodanda sunt morbis, ac dispositionibus infirmorum. Quorum omnium insignia habemus exempla in reprehensionibus à Christo D. N. adhibitis septem his Episcopis: & nominatim ostendit admirabilem sapientiam in ea reprehensione, quam dedit huic Ephesino Episcopo. Ex qua deduci possunt nonnulla documenta.

IN PRIMIS enim non inchoauit à reprehensione eius defectuum; sed potius cœpit laudando bona, quæ habebat: idq; ob duplicem Finem. PRIMVS, vt subditi intelligant; superiorem officio suo plene satisfacere, cum adhibet & laudem & reprehensionem; neque reprehendit ex passione, aut auersione aliqua, aut naturali sua constitutione; sed vt officij sui obligationi satisfaciat. Cumque nullus sit adeo improbus, quin etiam habeat aliquid boni; neque aliquis adeo sit probus, vt aliquid mali non habeat: potest superior vt rumque actum cum omnibus exercere iuxta regulas prudentiæ. Non autem necesse est, semper coniungi: cum videamus Christum D. N. in his Epistolis, quosdam non prius laudatos reprehendere; alios verò laudare: nec reprehendere.

ALTER finis est, ad subditos ipsos ita laudatione disponendos: vt æquo animo accipiant reprehensionem. Ac propterea Apostolus, cum vellet Corinthios reprehendere, prius eosdem blandè laudauit. Nam (vt S. Gregorius aduertit) Prælati debet Chyrurgum imitari: qui cum partem aliquam ex infirmi corpore abscindere parat, prius eam emollit, manibus palpat; & statim repente percutit, & abscindit. Et sicut pius Samaritanus cum vino, quod mordet, miscet oleum, quod emollit: vt remedium sit facilius ac suauius. Sed ad huc aduertit Rupertus Christum D. N. non solum laudasse hunc Episcopum, antequam reprehederet; sed etiam post reprehensionem: eò quod odisset Nicolaitas, vt etiam finis dulcis esset, sicut principium: & ita ipsum medium, hoc est reprehensio maiorem adferat fructum.

HINC etiam oritur secundum documentum: vt nō verbis exaggeretur multum culpa; sed potius aliquantulum alleuietur, ita reum conitituen- do ac disponendo: vt ipsemet eam exaggeret, eiusque grauitatem agnoscat. Quam ob causam Christus D. N. cum in his Epistolis aliquem reprehendit, aliquoties dicit: *habeo aduersum te PAVCA*. Non dicit ha-

1. Corin. 17.  
2. Cor. 1. 4.  
Hom. 11. in  
Ezechielem

2  
c. Apocal. 2.  
14. 20.

beo aduersum te multa, aut magnas querelas; sed pauca in te terreantur qui reprehenduntur; sed potius erigantur, & animentur. Huic tamen Episcopo dixit: *memor esto unde excideris*: quasi insinuans ei: si culpam tuam ad defectum nosse vis: recogita præteritam vitam tuam; attende celsitudinem quam initio habebas; & vilitatem, in quam cecidisti: & ex vtriusque collatione intelliges magnitudinem tuæ miseriæ. Hunc in modum, cum Deus Adamum reprehendit ob admissum peccatum, dixit ei: ( *ve in alio loco perpendimus* ) *d Adam vbi es*: hoc est: attende, vbi fueris, & vbi nunc sis; priorem excellentiam, & præsentem pudorem, quo nunc afficeris: & noueris fœditatem culpæ contractæ.

TERTIVM documentum est, vt in reprehensione adhibenda semper ob oculos proponatur proprius eius finis: hoc est Pœnitentia: & vitæ emendatio: ita vt & agnoscat, doleatque de culpa præterita; studeat vero ad pristinam sanctitatem & feruorem redire. Hoc est enim quod dixit: *age pœnitentiam, & prima opera fac*, nam sic Prælatus e *lucratu* *erit fratrem suum*, tunc enim correctio suum, assequitur finem: quia reuocatur fratrem, qui peribat. Sed latet quoque mysterium, quod Dominus nollet insinuet, se esse contentum, si hic Episcopus faceret *prima opera*, quæ alia solebat: cum tamen petere ab eo potuisset, vt huius recentis beneficii nomine, quo ipsum ad pœnitentiam expectauit, feruentior adhuc esset, quàm antea, quem admodum quidam ex eius socijs faciebat, quem Christus laudat: quod *f opera nouissima essent plura prioribus*. Sed attendenda Dominus ad humanam imbecillitatem noluit petere; nisi quod prius faciebat: ne imbecillitatem suam pro excusatione adferret. Si quidem qui semel potuit opera illa præstare, poterit eadem postea repetere: Dominus enim, qui gratiâ sua eum prius adiuuauit, etiam nunc adiuuando perget. De eo enim dicitur, quod *g qui cepit opus bonum in eo, perficiet illud vsque in diem Christi Iesu*, hoc est donec ille ad iudicium veniat.

QUARTVM documentum est, vt non statim ad puniendum reum veniatur, quin prius ei Prælatus minetur: nam si minæ sufficienter emendationem, non erit necessaria punitio, quando sola emendatio intenditur. Sic enim ostendit Dominus noster viscera charitatis erga homines; & quàm illi sit graue eos punire. Cum de eo dixerit David, *h quod det metuentibus ipsum significationem, vt fugiant à facie arcus*, prius quam sagittam ipsam iaculetur. Ac propterea Sanctus Ambrosius aduertit Deum post diluuium posuisse *i fœderis signum*, non sagittam ferientem, sed arcum ipsum, qui illam iacit: vt videntes arcum, qui minatur: cautiore sint, & euadant vulnus, quod sagitta inferret. Idem autem facere debent Prælati: vt antequam ad puniendum veniant,

d Genes. 3. 9  
Tome 1.  
Tract. 3. c. 3  
ex S. Amb.  
de paradiso,  
c. 14.

3

e Matth.  
18. 15.

f Apocal. 2.  
19.

g Philip. 1.  
6.

4

h Psal. 59. 6  
Lib. de Noe  
& arca.  
c. 27.  
i Genes. 9.  
13.

minis

minis vtantur accommodatis ad subditos, qui sunt reprehendendi. Nam qui sunt nobilis ingenij, poenae partem reputant, quod Praelatus illis minetur: sicut huic Episcopo minatus est Christus: *mouebo cancellabrum tuum de loco suo: hoc est quod esset remouendus ab excelso loco, quem occupabat, nisi vita eius esset statui conformis.*

Ns autem minae adeo seuerae desperationem peccatori adferant, apprehendenti sua peccata (sicut Cain) quasi adeo grauiora, vt veniam non mereantur: necesse est ipsas minas aliquo modo dulcorare, sicut fecit CHRISTVS DOMINVS NOSTER addens huic EPISCOPO: *sed hoc bonum habes, quia odisti facta Nicolaitarum, quae & ego odi.* Quasi dixerit: etsi miner tibi, non tamen obliuiscor illius boni, quod in te aduerto; & quod mihi placeas, cum improbos persequeris: quos & ego odi. Quare in reliquis te ipsum emenda, vt mihi omnino placeas. Propter eandem causam ipsi minis addendae sunt promissiones insignium praemiorum: quae ingenua corda erigere, & attrahere solent. Ac propterea Christus finem Epistolae imposuit, dicens: *qui habet aurem, audiat, quis spiritus dicat Ecclesis: vincenti dabo edere de ligno vitae, quod est in paradiso Dei mei.* Quasi diceret: qui habet aurem, non corporis sed animi ad intelligendum quae dicta sunt, audiat: seseque subiiciat correctioni; & obediat, quae in ea dicuntur, nam diligenter pugnanti & suos hostes vincenti; vt quod ex officio tenetur, praestet: hoc praemium referet, vt comedat de ligno vitae, quod est in caelesti paradiso Dei mei; hoc est sanctissimae Trinitatis, quae Deus meus est, quatenus ego homo sum Diuinitati subiectus. Quod autem lignum vitae; hoc est, nisi ipsemet Christus, verus Deus & homo: qui est in medio militantis ac triumphantis Ecclesiae? Cuius esus in hac vita sumitur per fidem, & contemplationem eius magnitudinum; aut per communionem sacratissimi eius corporis & sanguinis: mira dulcedine afficiens eum, qui sua vitia & passiones expugnavit, ac vicit; vt in alio loco est dictum. In caelo autem idem cibus sumitur clara visione Diuinitatis & humanitatis eius: quae omnia cordis desideria exsatiatur caelesti ac copiosissimo caelestium deliciarum torrente: vbi erit vita immortalis, expedita ab omni miseria. Cum igitur praemium adeo sit magnum: aequum est, omnes audire, quae dico; & quae moneo, opere exequi. Quod enim Spiritus Dei vni dicit, omnibus dicit; & quod minatur, aut promittit Praelatis, ad omnes spectat Ecclesias: vt omnes discant, eamque partem capiant quae ad ipsos pertinet.

*k Apocal.  
2. 7.*

*Tomo 1.  
Tract. 7.  
c. 7.*

6

DE NIQVE quoniam minæ & promissa sunt de futuro, mouebo scilicet candelabrum tuum, & vincenti dabo edere, &c. ne reus negligentior euadat, existimans, in longum tempus vtrumque produci, dixit Saluator hec verba: *sin autem, venio tibi*, hoc est: si pœnitentiam non egeris, venio ad te. Non dixit veniam; sed: *venio*; quo significat infallibilem certitudinem eius, quod minatur, aut promittit; velocitatem qua venit ad id exequendum. Quod ampliùs explicat in alijs Epistolis dicens: *venio cito, & veniam ad te tanquam fur, & nescies qua hora veniam ad te*: vt omnes vigilent, sibiq; sint presentes. Et ita concludo: verissimam esse Ecclesiastici sententiam, dicentis: *in quàm bonum est correptum manifestare pœnitentiam de malefacto, & sese emendare: sic enim effugiet peccatum, euadet supplicium, & ingens adeo promeretur pœmium*. Non tamen est satis emendatione proponere, nisi manus statim operi admoueat, nec reijciatur ad alium diem. Huiusmodi enim moræ in causa sunt, cur propositum conceptum bonum in ipsa correptione refrigescat: & forte Deus eam non repetet; sed amadaertit in negligentem. Ac propterea Sanctus Augustinus ad hoc propositum dixit: ipsa res est quæ multos occidit, cum dicunt: *cras, cras*; & subito ostium clauditur. Remansit foris cum voce coruina, quia non habuit gemitum columbinum. *Cras, cras* corui vox; gemitus vt columbus, tunde pectus; *casus correctus esto*. Quæ sententia significat multos perire, propterea quod de die in diem emendationem differant, quia repente *ianua clauditur sicut fatuis virginibus*: & ita remanent exterius, & pereunt. Gemant igitur errores suos sicut columbæ, & in eis sese emendent: & sic digni fient, qui pœmia æterna consequantur promissa errantibus; sed accepta correptione sese emendantibus.

(:)

(:)

l Apocal. 3.  
11. 3.m Eccl. 20.  
4.Serm. 16. de  
verbis Dñi.  
Tom. 10.n Mat. b.  
25. 10.

## CAPVT XIV.

SECUNDA EPISTOLA AD EPISCOPVM SMYR-  
na Ecclesia, in qua de paupertate Pralatorum, etiam redditus ha-  
bentium Ecclesiasticos; & modo eos moderatè expendendi; & super-  
flua in eleemosynas erogandi; ac de fiducia in Deum: cum  
paupertate & alijs difficultatibus pre-  
muntur.



SECUNDAM EPISTOLAM DICTAVIT CHRISTVS  
D.N. ad insignem quendam P̄latum Ep̄iscopum Smyr-  
nensem; in quo nihil reprehensione dignum inuenit, sed  
multa digna laude, propter plurima quæ in munere suo  
cum stupenda patientia tolerabat. Quem vt animò erige-  
ret, hoc exordio vsus est: *Hæc dicit primus & nouissimus,*  
*qui fuit mortuus & viuit.* Quasi diceret: exulta, accepta  
hac Epistola, quam tibi mittit, qui sustinuit tribulationes, quas & tu pa-  
teris; & in hac mortali vita habitus est, quasi *nouissimus & vltimus*; nunc  
verò est omnium *primus*. Qui fuit à suis hostibus interfectus; surrexit ta-  
men, & viuit in summa requie & honore, occupans primam sedem: quia  
ipse principium est, & finis rerum omnium; & cuius prouidentia illæ gu-  
bernantur; & à quo prodeunt quasi à primo principio illas dirigente; aut  
ita permittente, vt eius electi ad ipsum tanquam ad vltimum finem rede-  
ant in quo illorum est requies ac solatium. Ego igitur *b scio tribulationem*  
*tuam & paupertatem tuam, sed diues es & blabemari ab his, qui se dicunt*  
*Iudeos esse, & non sunt, sed sunt Sinagoga Sathana.* quibus verbis laudat eius  
patientiam, qua ferebat paupertatem, & externam desertionem; aut  
quod eius Episcopatus valde esset: pauper, aut quod eius æmuli & per-  
secutores ipsum omnibus suis bonis spoliassent; quem vt consolaretur,  
adiicit: *diues es*, in virtutibus scilicet. Ex quo loco occasionem accipie-  
mus Evangelicam paupertatem proponendi pertinentē ad Prælatos: vt  
officium suum sicut oportet exequantur. Præmittendum est autem, in  
primæua Ecclesia, Episcopos ( vt hic insinuat Saluator ) fuisse paupe-  
res ac diuites: pauperes quidem circa bona temporalia; diuites autem  
in multis gratijs de virtutibus cœlestibus. Pauperes erant: quia gloria-  
bantur quod imitarentur Apostolos, quorum erant successores.  
Qui ( vt SANCTVS PETRVS dixit CHRISTO ) *c reliquerunt*  
*omnia, vt ipsum sequerentur; d nec volebant possidere aurum neque argentum,*

a Apoc. 2. 8.

b Apocal.  
2. 9.c Math. 19  
27.  
d c. 19. 9.

aut alias diuitias: fiduciam suam collocantes in Domino, cuius erant operarij & ministri; qui non esset pratermissurus eos alere, sed id temper faciebat per manus fidelium. Ex qua paupertate magnam illian accipiebant ad ingentes spirituales diuitias hauriendas, quæ sunt vera ac solidæ diuitiæ. De quibus ipse Christus Dominus dixit, quod eas neque erugo, neque tinea demoliat, nec fures furentur: nec vlla creatura abigit, aut auferre possit. Verum est (ait Sanctus Augustinus) quod Sancti miserunt bona, quæ possidebant: quia eorum hostes ipsos spoliabant: sed nunquid eis abstulerunt fidem, aut pietatem, aut bona hominum æterni: qui diues est in conspectu Dei? *Ha autem sunt opes Christianorum, & ingentes eorum thesauri, de quibus Apostolus dixit: Gratias ago Deo meo, quod in omnibus diuites facti estis in Christo Iesu. qui cum esset diues, propter nos egenus factus est: ut & nos illius inopia diuites essemus. Quæ diuitiæ tantæ sunt: ut sufficiant ad alios locupletandos. quod insinuauit idem Apostolus, dicens: h sumus egenes multos autem locupletamus; & tanquam nihil habentes omnia posidemus.* Ac propterea S. Petrus cuidam claudo, petenti ab iplo eleemosynam, dixit: *i argentum & aurum non est mihi: quod autem habeo, hoc tibi do: in nomine Iesu Christi Nazareni surge; & ambula; & statim surrexit & ambulabat: O opranda paupertas; o ditior inopia!* ait S. Ambrosius, quæ potest eiusmodi bonis alios locupletare, quæ nullis pecunijs possunt comparari. Ad hæc ijdem Apostoli, etiam si pauperes essent, liberaliter tamen dabant modicum illud, quod habebant; ac Deus illud eis multiplicabat, ut subsidium egentibus adferrent. Ac propterea Apostolus dicebat: *k altissima paupertas* quæ eo vsque peruenit, ut quicquid haberet largiretur, *abundauit super omnes diuitias, ob amplissima bona, quæ per eas facitis.*

S E D felicibus illis temporibus prætereuntibus, expediebat Episcopos habere etiam copiam & abundantiam bonorum temporalium. Tum quod Christus D O M I N V S N O S T E R ( ut Sanctus Thomas probat ) non iusserit ea deserere; neque necessarium est pro ipsorum statu: qui non est tendentium ad perfectionem, sed perfectorum; paupertas autem est instrumentum ac medium eam acquirendi: ac proinde commendatur Religiosis. Ac propterea C H R I S T V S D O M I N V S dixit illi adolescenti: *l si vis perfectus esse, vade vende qua habes &c.*

S E D non dixit ei ( ut perpendit Cardinalis Caietanus ) si vis esse perficiens, aut alios perficere: nam ex diuicijs Possessis, qui iam sunt perfecti possunt alios iuuare. Cumque S S. A M B R O S I V S, A V G V S T I N V S, &

c Matth.  
6. 20.

Lie. 1. de Civ.  
D. i. c. 10.  
1. corin. 13.  
2. corin.  
8. 9.  
h. c. 6. 10  
i. Actuum. 3. 6

In Psal.  
36. 16.

k 2. corin.  
8. 2.

2. 2. q. 155.  
n. 6.

l Matth.  
19. 21.  
ibidem.



alij Sanctissimi Episcopi redditus habuerint : alij quidem ex proprio patrimonio ; alij autem ex iis quæ fideles Ecclesiæ largiebantur : signum est id licere , sicut nunc per totum Christianum orbem est in vſu , & praxi : vt possit Episcopus cum auctoritate ac decetia munere suo fungi ; & vt habeat vnde possit rebus diuini cultûs , necessitatibus viduarum & orphanorum subuenire ; & eleemosynas in pauperes erogare. In eum enim finem Imperatores , Reges & Principes , alijque diuites , ac potentes , amplos redditus assignarunt , quibus nunc gaudent Ecclesiæ Cathedralis , Collegiatæ , Parochiales , & Episcopi , Canonici , & alij ; qui Ecclesiastica Beneficia possident : idque præter Decimas quas Fideles semper præbent , sicut olim : *m Hebrai dabant sacerdotibus ac Levitis.*

HIS præmissis , quæ vniuersalis Ecclesiæ consuetudine sunt approbata , & ipsa experientia ingentium bonorum , quæ tales reddituum possessio secum adfert , si Prælati eis , vt oportet , vtantur : ad nostrum Institutum pertinet explicare modum Euangelicæ paupertatis , quæ ad ipsos Prælatos pertinet : ijs præmissis , quæ supra diximus de omnibus Ecclesiasticis. Quæ quidem paupertas in tribus potissimum consistit , quæ paulatim explicabuntur.

## §. I.

*Perfectio secunda simul cum possessione reddituum  
Ecclesiasticorum.*

PRIMUM , omnes debent perfectissimè amplecti veram paupertatem spiritûs , quæ inordinatam bonorum temporalium cupiditatem cohibet , tam quo ad dominium , quàm quo ad eorum vſum. Cùm enim sint Magistri perfectionis , necesse est eos valde radicos esse in eo fundamento , quod supremus eius magister iecit : cum dixit : *a beati pauperes spiritu : quoniam ipsorum est regnum caelorum.* Cum igitur Deus eis permittat habere diuitias temporales : non debent permittere , vt spiritus eis adhaerescat , iuxta illud Dauidis : *b Diuitia si affluant : noliti cor apponere.* si enim cor dedit se *c auaritia & cupiditati , quæ radix est omnium malorum* , scandalizant fideles , & labuntur in grauissima peccata , cum detrimento suorum ministeriorum. Ac propterea inter primas conditiones , quas Apostolus exigit ab Episcopo , est : *d ne sit turpis lucri cupidus* , bonorum scilicet temporalium , neque existimet *e quæstum esse pietatem* : indicium

enim

m Num. 18.  
21.

Tract. 1. c. 9

a Matt. 5. 3.

b Psal. 61.

11.

c 1. Timot.

7. 5. 10.

d c. 3. 3.

Tit. 1. 8.

e 1. Tim. 6. 5

d. e. 3. 3.  
Tiri. 1. 8.  
c. 1. Timo.  
6. 5.  
f. Ezech. 34.  
2. 10.  
g. Iog. 10. 2.

h. e. 21. 17.  
in 1. Pet. 5.

i. 1. Tim. 6. 8.  
concilium  
Cath. Hag.  
4. c. 15. Re-  
fertur c.  
Episcopis.  
D. 41.  
Sess. 25. c. 1.  
de Refor-  
mat.

enim erit, quod non querant bonum ouium, sed earum spolia; incommoda & lucra propria. Sicut illi de quibus dixit Dominus per Ezechielem: *f. v. Pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos; nonne greges à Pastoribus pasuntur: Lac comedebatis, & lanis operiebamini; & quod crassum erat occidebant: gregem autem meum non pascebatis. Ego ait Deus liberabo gregem meum de vestro & non erit ultra vobis in escam; & faciam, vt pastores non pascant amplius semetipsos. Hi sunt quos Christus Dominus noster g. Mercenarios appellat, qui vident lupum venientem, & dimittunt oves, ac fugiunt. Quia non querunt, nisi mercedem suam, ideoque cum illis deest aliqua commoditas, deserunt oves, etiam si lupi eas rapiant, & dispergant. Imò dicere licet, quod cupiditas mercenarios conuertat in lupos: qui nihil aliud attendunt, quam vt rapiant lac, & lanam; & reliqua commoda, quæ querunt ad satiationem suam famem: transgredientes legem charitatis, qua Christus D. N. dixit Petro: *h. pasce oves meas*, vt enim aduertit S. Thomas, non dixit: *concede vel excoria*: non enim ad id eas ei commendabat; sed vt eis attenderet, ac prospiceret; exuens omnem cupiditatem, quæ vehementer impedit bonam officij ipsius executionem. Semper enim cupiditas & studium priorum commodorum si sit vehemens, præualet contra desiderium vtilitatum alienarum. Ac propterea Episcopus in sua consecratione interrogatur: *vis semper in diuinis esse negotijs mancipatus, & à terrenis negotijs vel lacris turpibus alienus, quantum te humana fragilitas consenserit possit?* Excipit respondet: *volò*. Ex quo fit, quod Prælati debeant etiam paupertatem hanc spiritus ostendere in eo, vt sint contenti cum ea moderatione, quæ iuxta suum statum ei conuenit; reiiciendo quicquid superfluum est, & vanitatem, mundi que pompam olet. Sibi certò persuadentes: auctoritatem sui statûs non in ea pompa consistere, quam iactant Domini Seculares, sed in magnitudine & copia virtutum. Quarum vna est temperantia & modestia in ornatu propriæ personæ, ac domûs, & comitatu fauulorum, eorumque vestibus. Si enim Apostolus dicebat: *i. habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti sumus*, rationi consentaneum est, vt & Prælati saltem ijs sint contenti quæ suo statui conueniunt: aspirantes, quantum fieri poterit, ad paupertatem Apostolorum. Quod iubet Concilium Cathaginense, dicens: *Episcopus vilem suppellectilem & mensam, ac vilius pauperem habeat: & dignitatis suæ auctoritatem Fidei & vitæ meritum querat*; Quod Decretum renouauit Concilium Tridentinum, monens Episcopos vt in ijs: quæ ad mensam, victum, & domesticam suppellectilem, ac famulos spectant, caueant; ne quid appareat, quod à Sancto hoc Instituto alienum, quodque non simplicitatem, Dei zelum, ac vanitatum contemptum præferat. Et simul eis commendat, vt ita suam vitam statui suo conforment, vt reliqui ab eis discant temperantiam, modestiam, conti-*

nentiam

nentiam, sanctamque humilitatem, quæ nos Deo reddit adeo amabiles. Nec dubium est quin rara sanctitas cum minori externo splendore, maiorem adferat officio auctoritatem, quam magnus exterior splendor cum minoribus Sanctitatis indicijs. Nam potius hic offendere solet, & Christianum populum scandalizare; & occasionem præbere murmurationū contra ipsos Prælatos, notantes eos, quasi leues, & profanos: quantumvis ipsi pompam illam tegant pallio auctoritatis officij, & muneris sui. Quare S. Bernardus eo usque progressus est vt Eugenio Papæ scripserit: vides omnem Ecclesiasticum Zelum feruere sola pro dignitate tuenda: Honori totum datur, sanctitati nihil, aut parum. Si causa requirente, paulo summissius agere, ac socialiùs te habere tentaueris; absit (inquiunt) non decet, tempori non congruit, maiestati non conuenit, quam geras personam attendito. Dolendum vehementer est, quod cum aliqui Prælati Sanctam paupertatem Christi que humilitatem amplecti volunt: nunquam desint Zelatores honoris mundani, qui Christiani honoris prætextu desiderium illud eis retundant; & à Sancto illo proposito retrahant.

VLTERIVS tamen progredi debet perfectio Prælatorum in virtute Sanctæ paupertatis, circa redditus Ecclesiasticos: vt cum ea coniungant charitatem & misericordiam in distributione omnium, quæ ultra congruam ipsorum sustentationem, & iuxta suarum Personarum conditionem & qualitatem eis superflua sunt. Ita vt ingenuè & generosè statuas non thesaurizare, vt erigant ius aliquod primogenituræ, aut suos cognatos ditent, aut alias expensas prodigas & superfluas ac seculares faciant: sed ea omnia exponant, ac distribuant in pauperes, aut pia alia Diuini cultus opera; idque propter rationes in primo Tractatu positas. Quamobrem etiam si valde sint diuites, gerere se ac tractare debent, tanquā pauperes: nam iuxta perfectionem, quam in statu suo profitentur: non debent, quæ superflua habent, exponere solo suo arbitratu: & quod ratione sui status habent, non debet dicere esse suum; sed patrimonium Iesu Christi, & bona Ecclesiæ, & pauperum thesaurum. Hic sensus fuit Sacrorum Apostolorū, quem explicuerunt in Canonibus hac de re editis: in quibus expressè constituerunt, vt Episcopi huiusmodi bona distribuant inter egentes, quasi qui agit in conspectu Dei: non dantes aliquid suis consanguineis, nisi & illi essent egentes. Quod idem confirmauit Sanctum Conciliū Tridentinum, cuius verba supra retulemus. Et hic fuit etiam semper communis sensus Summorum Pontificum & Sanctorum Ecclesiæ Doctorum. Sanctus Augustinus respondens hæreticis, qui eos caluminiabantur quasi cupidos & proprietarios, dicit eis: Si priuatim quæ nobis sufficiant possidemus, non illa nostra sunt; sed pauperum, quorum

Lib. 4. de  
conspira  
tione.

”

2

”

”

c. 9.

12. q. 1. c.

vide res. c.

Episcopus.

c. c. praci-

pimus.

Canon. 4.

c. 39. c. 75.

Sess. 25. De-

cret. de Res-

for. c. 1.

procuracionem quodammodo gerimus, non proprietatem nobis usurpatione damnabili vindicamus. Et ita se & alios vocat *compauperes pauperum*. Etsi enim concedamus: eos habere verum dominium reddituum Ecclesiasticorum, eum in modum, quo loco paulo ante citato est innuatum: quoad usum tamen tam pauperes se reputabant atque ipsosmet pauperes; & quod habebant erat quasi in custodia, ut illis distribueretur. S. Ambrosius etiam hanc suam paupertatem fatetur dicens: omnia, que habeo, pauperum sunt. Idem confirmat SANCTVS HIERONYMVS dicens: quod secundum sanctorum Patrum traditionem, res Ecclesiarum sunt vota fidelium, precium peccatorum, pauperum patrimonium. Quare expendi debent in excipiendis peregrinis, in adiuuandis pauperibus Xenodochiorum, & Monasterijs ac reliquis pauperibus. His addit Sanctus Bernardus: quicquid præter convenientem sustentationem accipitur, aut retinetur, esse quoddam genus furti, & speciem sacrilegij: quatenus non traditur pauperibus, quod Christus Dominus Noster eiusque Ecclesia tradi iubent. Idem enim detrimentum eis accidit, si non detur quod ex charitate debetur; atque si debitum fuisset ex iustitia; siquidem fame pereunt. Ac propterea ad quendam alium Episcopum idem Sanctus Bernardus scribit: quod nudi & famelici clament in celum dicentes: *nostrum est quod effunditis, nobis crudeliter subtrahitur quod inaniter expenditis nostris necessitatibus detrahitur quicquid accedit vanitatibus vestris*. Ac propterea Sanctus Hieronymus dixit famem, sterilitatem, & miseriam huius mundi esse iram & poenam Deirati: eò quòd in suis pauperibus defraudetur propria sua possessione: cum eis non datur elemosyna, quam in suis grauibus necessitatibus petunt.

HÆC fuit querelâ Christi Domini Nostri contra Episcopum Ephesium, de quo proximo capite egimus: cum ei dixit: *k habeo aliquid aduersum te quod charitatem primam reliquisti*. Nam, ut graues Doctores asserunt, hic Episcopus primis suis initijs fuit valde feruens & liberalis in dandis elemosynis: postea verò fuit parcior ex tepiditate in eis elargiendis: ac propterea Christus eum monuit, ut *prima opera faceret*. Quasi ei dixisset: prius florebas in operibus misericordie: nunc autem omnino manes aridus: refloresce igitur, ut prius. Et hoc idem dixit Apostolus Philippensibus: qui in huiusmodi misericordie operibus præstandis exaruerant: exultans enim dicit eis  *tandem aliquando restoruisu*. Et ob eandem etiam causam dixit Christus Dominus eidem Episcopo: *memor es unde excideris*: nam Prælati liberalis in elemosynis faciendis, ad magni celsitudinem honoris ascendit inter homines: nec vlla externa pōpa & apparatus potest tantâ autoritatē suę personę acquirere: quam si multas

faciat

In oratione  
ad Auxen-  
tium 23. q.  
8. c. Conue.  
16 q. 1. c.  
Quia in  
c. Quo-  
niam.

In Declam.  
super id: Ec-  
ce nos reli-  
quimus om-  
nia. Et E-  
pist. 2. ad  
Fulconem.  
Epist.  
42. ad Hen-  
ricum Semi-  
nentem in  
Malach.

3  
k Apocal. 2.  
4. 1. Ar-  
tas. vide  
Riberam,  
in Wigan.

Phil. 4. 10

faciat eleemosynas. Neque maior est honor in mundo, quam si videant omnes, eum tractare se quasi pauperem, & in expensis erga se parcum esse: vt omnia det pauperibus. *Gloria Episcopi* (ait SANCTVS HIERONYMVS) *est pauperum opibus providere.* Et quid mirum ipsum tanto in honore habere, siquidem suis eleemosynis facit: se valde similem Christo, qui pauperem se fecit, vt nos ditaret? Ad tantam autem similitudinem cum ipso met Deo ascendit, vt SANCTVS GREGORIUS NAZIANZENSIS dicat: eum esse quasi Deum pauperem: *Fac* inquit, *vt calamitoso sis Deus, Dei misericordiam imitando: nihil enim tibi Diuinum homo habet, quam de alijs bene mereri.* Attende, quod tibi pauper relictus est vt Deo, cuius vices suppleas, dum pauperi subuenis. Quod si ab hoc officio degeneres, & in eleemosynis faciendis relaxes: cadis ex loco altissimo, amittis opinionem bonam, quam habebas; nec eum fructum in tuis ouibus facies, quem antea faciebas. Memior etiam esto proprium esse pastoris CHRISTI (quemadmodum ipse SANCTO PETRO dixit) pascere eius oues; nec solum spiritali pastu, sed etiam, quando opus est, corporali. Imò ter ei dixit: *m pascis oues meas*, ad significandum (vt ait Sanctus Thomas) pastum huc esse debere doctrinam sanam, vitam exemplarem, & eleemosynam corporalem: ita vt spiritalibus misericordiae operibus adiungat corporalia. Præterea enim dicitur. *n duos illos Cherubinos quos Rex Salomon posuit in templo & sunt figura Prælatorum, fuisse ex ligno oliuarum tectos auro:* ad significandum, quod Prælati debeant cum scientia sua coniungere Charitatem & Sanctitatem; & opera misericordiae ad firmandum Templum Dei, quod est eius Ecclesia. Ac denique, omnes Episcopi, dum consecrantur, interrogantur, *vis pauperibus & peregrinis, omnibusque indigentibus esse propter nomen Domini affabilis, & misericors?* Et ipse respondet: *volo.* vt intelligat: sua sponte sese offerre ad hanc misericordiam indigentibus exhibendam. Quod si postea non præstet, cum posset: ex his quæ diximus intelliget grauitatem sui peccati & periculi magnitudinem, iramque & minas Dei, & alia motiua, quæ impellere ipsum possint, ad implendum quod debet.

HINC licet ascendere ad quartum paupertatis gradum, quæ eluxit in hoc SANCTO EPISCOPO SMYRNENSI: qui patienter tulit spoliatum se fuisse omnibus suis bonis, & ab hominibus: desertum, ne officio suo deesset. Et cum hac ratione obtineatur summa perfectio: ideo nihil in eo deprehensum est, quod merito reprehenderetur: sicut in alijs eius socijs. Hæc etiam fuit perfectio S. Paulini Episcopi: qui totum suum patrimonium, valde alias amplè expendit in alendis pauperibus, ac redimendis captiuis: ita vt nec retineret sibi, quod ad propriam sustentationem erat necessarium. De quo S. Augustinus scribit: quod factus fue-

*Epist. ad  
Nepotianum.*

*Orat. de  
Pauperum  
amore.*

*m Ioan. 21.  
15. in 1. Pe-  
tri 5.  
Ita laxam.  
n 3. Reg. 6.  
32. idē dicitur  
de daeb. O-  
stis. Ora-  
cul.*

Lib. de Ci-  
uit. c. 10.

rit ex opulentissimo diuite, voluntate pauperimus, & copiosissime sanctus. Deo-  
que dicebat: ne, quaeso Domine, crucier ego propter aurum, aut argen-  
tum: tu enim nosti ubi omnia mea reposita habeam. Et eo usque eius chri-  
stas peruenit, ut permitteret se in mancipium vendi, ut subditum quor-  
dam captiuum redimeret. Cumque multas calamitates ac tribulationes  
sustinuisset, ex omnibus victor euasit: redijtque ad suum Episcopatum  
cum multorum captiuorum spolijs.

§. II.

*Fiducia in Deum, cum adsunt Tribulationes.*

**H**Æc sunt Dei consilia ad seruos suos exaltandos, postquam in elec-  
tione & multis alijs bonis operibus sese exercuerunt: ut per-  
mittat eos per multas tribulationes transire, ut pugna sit difficilior,  
victoria gloriosior, & amplior ac preciosior corona. Et ita dixit huic  
Episcopo: a nihil horum timeas, quæ passurus es. Ecce, missus est Diabolus ad  
quos ex vobis in carcerem, ut tentemini: & habebitis tribulationem diebus decem.  
Isto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Qui vicerit, non laedet-  
ur, à morte secunda. Quibus verbis animi illi addit ad tolerandam pauperitatem  
& alias calamitates, adductis aliquibus rationibus valde efficacibus. Prima  
ac præcipua fuit; quia dicens ei: nihil timeas, certum eum facit, quod ipse  
eum habeat sub sua protectione. Qui autem talem habet protectorem,  
non est cur timeat vllum persecutorem, & aduersarium: modò sit fidelis  
& promptus in obediendo. Ac propterea præclare Sanctus Augustinus  
dixit: quid times hominem o homo in sinu Dei positus? Tu de illius sinu noli cadere,  
quicquid ibi pressus fueris ad salutem valebit, non ad perniciem.

SECUNDA ratio est, quod huiusmodi calamitates eueniant per ma-  
num & artem dæmonis, ut ipsi probentur, & examinentur: id permit-  
tente Deo, ut magis purificentur, & perficiantur. Electi enim, qui à pau-  
peritate spiritus incipiunt (quæ prima est octo beatitudinum, cui promil-  
lum est regnum cælorum) transire debent per omnes usque ad vltimam,  
quæ est pati persecutiones propter iustitiam. Tunc enim plene erit ipsorum  
regnum cælorum.

TERTIA ratio est: quia persecutio & paupertas non esset dura-  
tura nisi per decem dies: quod est tempus limitatum, & per se satis  
breue. Optimum autem est sese excitare & stimulare ad patiendum aliquo  
berui tempore: siquidem totum tempus est quasi decem dierum, si cum  
aeternitate conferatur. Et quoniam præmium & pœna propolita ma-  
gnum

a Apoc. 2, 10

Serm. 6 de  
verbis Do-  
mini To. 10

gnum addunt animum adiunxit Dominus *quartam* rationem dicens: *esto fidelis vsq; ad mortem*, perseverans scilicet bene in tuo officio, in faciendis elemosinis, & ferendis persecutionibus: quia post hæc *dabo tibi coronam vita*, quæ est æterna, & habebis vitam beatam. Nã *qui vicerit non ledetur à morte secunda*, quæ est æterna in inferno; & ita cessabunt omnes calamitates, & miseriæ; erisq; diuitijs & solatijs plenissimus. Ex quo apparet, quã fuerit intimum solatium, quod Deus sancto huic Præ lato dedit, cum dixit: *si tribulationem tuam, & paupertatem tuam*. hoc est non existimes casu aliquo hæc evenire, & quasi ego non videam eorum gravitatem, & copiam gratiæ, quam ad ea perferenda tibi impertior: scias enim *te deitatem esse diuitijs meis spiritualibus*: & quia tu talis es, *blasphemaris* ab impijs. Confide tu mihi & nihil timeas: mea enim gratia te efficiet toti mundo superiorem.

DE IQUE Dominus noster hic proponit documentum aliud gubernationis pro Præ latis: ad quos spectat, bonos subditos etiam coram laudare, cum eos vident affl ctos, & in tribulatione positos: ne animo deficiant, aut fiant pusillanimes: sed potius erigantur, & animentur, ad progrediendum & perseverandum, adferendo aliquas rationes ad id accommodatas: in huiusmodi enim casibus non tam est timendum periculum inanis gloriæ, quàm pusillanimitatis. Attendendum est autem ei parti, ex qua maius imminet periculum.

*Vide qua dicta sunt Tomo. 2. Tract. 9. c. 9.*

(:)

## CAPVT XV.

TERTIA EPISTOLA AD EPISCOPVM ECCLESIE  
sive Pergami aduersus Prælatos negligentes in reprehendis &  
puniendis, & à communitate reuocandis scandalosis: & ratio  
ea apte faciendi & præmium diligentium in eis ac  
præstandis.



TERTIA EPISTOLA, AD EPISCOPVM PER-  
GAMI DESTINATA, tendit rectè contra Prælatos ex-  
stimantes: satis sibi esse, quòd non transeant ad partes  
improbiorum, quibus non audent resistere, contra quos  
Prælatos eximit Christus Dominus noster gladium suæ  
iustitiæ, licet temperatè consuetà suâ misericordiâ: &  
ita ait: a Hæc dicit qui habet rompham vtraque parte acutam: scio vbi habitas, &  
vbi sedes est satana: & tenes nomen meum, & non negasti fidem meam. Et in die-  
bus illis Antipas testis meus fidelis, qui occisus est apud vos vbi satanas habitat.  
Sed habeo aduersus te pauca: quia habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui de-  
cebat Balac mittere scandalum coram filiis Israel, edere, & fornicari: ita habes &  
tu tenentes doctrinam Nicolaitarum. Similiter penitentiam age: si quo minus, ve-  
niam tibi cito: & pugnabo cum illis in gladio oris mei.

a Apoc. l.  
2. 12.

b Num. 24.  
3. & c. 25. 2.  
& c. 31. 16.

VT causa huius reprehensionis benè intelligatur, reuocanda est in  
memoriam impietas Prophetæ b Balaam, quem Rex Balac ad se vocauit, vt  
malediceret populo Israel. Cumque Deus hoc ei non permitteret, ille sus-  
sit Regi, vt multas mulieres mitteret ad castra Israel, quæ illos prouoca-  
rent ad fornicandum, & vescendum cibis, qui sacrificabantur idolo, & vtriusque  
adorarent. Hunc impium Prophetam imitabantur Hæretici Nicolaitæ,  
scandalizantes Ecclesiam, ac docentes pestiferam quandam doctrinam  
circa gulam ac luxuriam, dicentes, quòd mulieres deberent esse omni-  
bus communes. Quod scandalum cum præualeret & cresceret Perga-  
mi, dixit Dominus, quòd Satan haberet tibi sedem suam. Ibi enim Ca-  
thedram suam regiūq; Thronum habet, vbi conueniunt Balaam & Balac  
falsi scilicet Magistri, & potentes tyranni ad decipiendū ac scandalizandū  
populū Dei. Quemadmodū in regionib. Septemtrionalib. conueniunt  
Lutherus & Calvinus, alijq; Hæresiarchæ cum Rege Henrico octavo, a-  
liisq; Principibus ac Potentatibus ad seminandam hæresim: laxata om-

num



nium conscientia ad omnia, quæ continentur sub *edere & fornicari*. tradentes scilicet sese omnibus sensuum voluptatibus, laxatis omnibus habitibus. Cùm igitur Ciuitas Pergami tot haberet scandala: volens Christus D.N. torporem Episcopi reprehendere, inchoat suam Epistolam à commiseratione, & laude eius boni, quod habebat: *Scio*, inquit, *vbi habitas*, & compatior de omnibus, quæ in hac Ciuitate sustines: in qua Sathanas sedem suam habet, magnamque potestatem cum improbis suis Ministris. Agnosco autem in te duo bona; primum, quod non deserueris Ciuitatem sed permanseris constans: quod mihi valde placet: secundum quod firmus persistiteris in confessione fidei meæ & veritatis, quam ego doceo; nec secutus fueris impiam horum hostium meorum doctrinam: in quomitatus es fidelitatem & constantiam tui prædecessoris, meique testis ac Martyris Antipas, qui in eadem Ciuitate fidem meam confessus fuit, ac defendit: ob quam causam permisit se immitti in bouem æneum ardentem, vbi mortuus est, offerens seipsum in holocaustum propter amorem meum.

## §. I.

**H**AC præmissa præfatione, incipit Christus Episcopum hunc reprehendere *quia habes*, inquit, *illic tenentes doctrinam Balaam, & Hæreticorum Nicolaitarum*. In quibus verbis tangit tres causas huius reprehensionis. *Prima* erat, quòd permetteret eos impiam suam doctrinam docere; nec disputaret, nec prædicaret cõtra illos, manifestando eorum errores; ne simplices deciperent: Prælati enim tenentur disputare, & resistere Hæreticis, falsisque Magistris, ad turbendam Cathedram & sedem Satanæ: quemadmodum fecerunt Sancti AMBROSIVS, AVGVSTINVS, & reliqui Ecclesiæ Doctores, accipientes a gladium ancipitem, *quod est verbum Dei*, quod ipse in Scriptura sua Sacra docuit, & ponit in ore Prælatorum, tanta efficacitate, vt suos hostes conuincant. *Ego enim*, inquit, *dabo vobis os & sapientiam cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarij vestri*. Ad quod significandum proposuit in hac Epistola titulum: *Hac dicit habet romphaam vtraque parte acutam*. Et postea explicans causam, cur illam habeat, dixit: *pugnabo cum illis in gladio oris mei*, hoc est pugnabo per meos PRAELATOS, & PRAEDICATORES verbo & sapientia. Hoc enim bellum meum potius est, quam ipsorum: ego pugno in eis, & per eos; illi autem pugnant ac vincunt mea virtute. Vt apparuit in solemni illa disputatione SANCTI STEPHANI cum doctis illis viris quinque nationum, aut Collegio-

rum

Surin. II.  
Aprilii.a Epes. 6.  
17.b Luc. 2.  
15.

c. *Actuum*.  
6. 10.

d. 2. *Paral.*  
20. 15.

2.

2. *Part. Pa-*  
*stor. c. 4.*

*Ezech. 3. 17*  
*& c. 33. 7.*  
*vide Cani-*  
*sium c. de*  
*peccatis ali-*  
*eni. 1. &*  
*9.*  
*lib. 1. de vi-*  
*ta contem-*  
*plat.*

*Homil. 11.*  
*in Ez. b.*

*In c. 3. E-*  
*zech. 11. 9. 3.*

*lib. 50.*  
*Homil. 7.*

rum qui habitabant in Ierusalem: & S. Stephani tanta erat efficacia, ut  
dicat S. Lucas de illis omnibus, quod *c. disputantes cum Stephano, non pte-*  
*rat resistere sapientia & spiritui qui loquebatur. ut intelligant Prælati & Eccle-*  
*sia Doctores, quod non debeant fieri pusillanimes, sicut Episcopus ille*  
*Pergami: sed disputationem aggredi contra Hæreticos cum magna fide-*  
*cia de Sapientia & omnipotentia Iesu Christi, & gladio, qui exit ex ore*  
*eius: Hac enim pugna non hominum est, sed Dei, pro cuius gloria, & in eius*  
*virtute peragitur.*

HINC secunda opitur causa huius reprehensionis, cum scilicet Præla-  
tus non reprehendit vitia scandalosa & viscosa, quæ non minus sunt pernicio-  
sa, quam ipsa falsa doctrina. silentium autem in his casibus (ut S. Gre-  
gorius aduertit) est perniciosissimum contra Deum, contra Ecclesiam, contra  
ipsum subditos, & contra ipsiusmet Prælati animam: quæ valde inficitur  
culpæ ortis ex ipsius vitioso silentio; manetque rea horrendarum pecca-  
torum propter eas, iuxta illud Domini ad Ezechielem: *fili hominis, speculato-*  
*rem delicti te domui Israel. ut audiens ex ore meo sermonem, annunties eum ex me.*  
*Quod si me dicente ad impium: morte morieris: non annuntiaueris ipse impium in*  
*iniquitate sua morietur: sanguinem autem eius de manu arequiram, & secur-*  
*ram exigam à te rationem de ipsius peccato. Cuius sententiæ sensum*  
*explicans Sanctus Prosper, ait: nisi tu eum de peccato eius reprehenderis,*  
*ut conuertatur & viuat: & te, qui non increpasti, & ipsum, qui, te tacente*  
*peccauit, flammis perennibus perdam. Quis rogo tam saxei pectoris eris,*  
*quem sententia ista non terreat? Quis tam alienus à site, qui sententiæ ista non*  
*credat. Idem perpendit Sanctus Gregorius, hanc reddens rationem, cum*  
*Deus Prælatum tacentem puniat. quia ipse, inquit, hunc occidit, qui eum ta-*  
*cendo morti prodidit: hoc est mori permisit. Et ita subditorum ac Prælatorum*  
*peccata sunt quodammodo innexa: si quid est illis pereuntibus ob pecca-*  
*tum, quod perpetrant; hi pereunt ob neglectam admonitionem, & occu-*  
*ptionem; quam adhibere tenebantur: ut illi à peccatis tetraherentur.*  
*Quare ingenti animi valore debent Prælati prauas noxij huius silentij ra-*  
*lices mortificare, & quællere: ne ipsius ruinæ ac perditioni adferant occu-*  
*sionem. Quas radices, ait Sanctus Hieronymus, esse tres vel quatuor: pu-*  
*tissimas: pusillanimitatem, aut torporem, aut adulationem, aut timorem*  
*amittendi quod ab eis sperabat. Sed amplius idem explicauit Sanctus Au-*  
*gustinus, dicens: nihil ita retrahere Prælatos à reprehensione impro-*  
*borum, quam timor asperi verbi, hoc est murmuracionum, irisionum, &*  
*opprobriorum hominum superbiorum; aut timor amittendi aliqua bona*  
*temporalia. Et timentes ait, perdere temporalia, minus quam oportet prædicant*  
*eterna. Qui autem hos timores & cupiditates bene mortificatas habet, ma-*  
*gno animo resistit Sathanæ, & contendit eius Cathedram subuertere. &*

opponit

opponit se falsis Prophetis, qualis erat Balaam; reprehenditque Reges Tyrannos, qualis fuit Balac; & præfert vitam amittere loquendo, quam cõseruare tacendo ac dissimulãdo culpã alienã: quia sic facit illã propriã.

TERTIA causa reprehensionis huius Episcopi potuit esse, eò quòd retineret in sua Ecclesia Nicolaitas, eũ teneretur eos ab ea repellere. Quòd si nõ potuit corporaliter, illos è Ciuitate eiiciendo, potuit salte spiritualiter eos reijcere per excoõmunicatione, separando eos ab Ecclesiã gremio, & à coõmunicatione cũ cæteris fidelib. vt omnibus illos habẽtib. pro male dictis, & excoõmunicatis: eos fugerent, & ita non adhererent illis scabies impiã doctriñã, & vitã scandalosã. Ac propterea dixit Apostolus Galati: *e vitam abscondantur, qui vos conturbant, & faciunt in tot errores impingere.* Et Corinthijs, *f. nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit: auferte malum à vobis ipsi;* malum scilicet & improbum, eisque improbitatẽ: ne eius pestis vos inficiat. Nam (vt ait S. Hieronymus) impia doctrina est sicut scintilla ignis: quę nisi in cito statim extingatur, magnã excitat flammã; & sicut ouis scabiosa: quę nisi separetur a gẽge, totum illum inficit; est sicut cancer, qui, nisi cito abscindatur, totum corpus corrumpit. Scintilla vna fuit Arius: qui, quòd non statim fuit extinctus, totum quasi mundum combussit. Quod si Prælati non possint per seipsos huiusmodi scintillas extinguere; & à Ciuitate expellere tales turbatores: recurrere debent, & vti brachio seculari, & potentia Principum, eorumque Ministrorum, petentes ab eis auxilium ad eos remouẽdos. Pro cuius maiori intelligentia est aduertendum, quod Ecclesia Catholica sicut duas complectitur Respublicas, Ecclesiasticã & Secularẽ; & vtramque cum suis capitibus, quæ illam gubernant: ita duplicem habet potestatem cum duplici gladio; vnam spiritualem; alteram corporalem. De quibus licet accipere id, quod Apostoli in nocte passionis Christo D. N. dixerunt: *Domine ecce duo gladij hic.* Quibus Dominus respondit: *satu est.* spiritualis gladius est proprius Reipublicæ Ecclesiasticæ; estque excoõmunicatio, de qua diximus: instar enim gladij separat, ac diuidit ab Ecclesiæ corpore eum, qui cum ipsa erat vnitus: dicitur autẽ gladius hic esse in ore, quia eius vis cõsistit in prolatione sententiæ: quę ore profertur. Est autẽ anceps, eo quod penetret ac vulneret vtramque; hominis partẽ: præcipue quidẽ animã, quam priuat bonis spiritualibus Ecclesiæ; & postea corpus, quod separat à communicatione corporali cum reliquis Christianis. Gladius corporalis magis proprius est Reipublicæ secularis, de quo dixit Apostolus, quod *h potestas illa non sine causa gladium portet.* Hic autem gladius est in manu, ad puniendum, & corporales pœnas infligendas: quando ita expedit: abscindendo scilicet, & separando corporis membra vel ipsos ciues à sua Republica, mittendo eos in exilium, aut inferendo mor-

c Galat. 5. 2  
f 1. Cor. 5. 8.  
1. 24. 9. C.  
Recen. enda

g Lu. 22. 58

Ita eam appellat Concil. Trident. Sess. 24. c. 3. de Refor.

h Roman. 13. 4.

tem. Et hic seruit ipsi Ecclesie, & (vt ait S. Bernardus) dicitur ipsius: non quod illa illum eximat per seipsam, sed per manum filiorum suorum Principum secularium, qui in hac re obediunt, & obsequuntur matri suae. In quo sensu licet accipere, quod Christus Dominus S. Petro dixit *in matre gladium tuum in vaginam*: quamuis enim tuus sit: quia iubere potes, vt educatur ex vagina: non tamen tuum est illum educere, sed Regum & Iudicum secularium, ad quos spectat punire huiusmodi pœnis mortis. Est etiam tuum: vt eo persequaris Hæreticos, & rebelles subditos tempore & loco opportuno: non in vindictam propriam; sed vt honorem Dei tuearis, eiusque fidem & Religionem in ouibus tuis conserues, easque à luporum dentibus eruas. Ex quo intelligitur: Prælatos iuxta Regulam S. Pauli, discipulo suo Tito traditam, prius debere delinquentes monere & corrigere *k vna & secunda correptione*, dando operam, vt se emendent; postquam admonitionem, si adhuc illi pertinaces maneant in suis delictis; eos, inquit, *deuisa*, hoc est, absconde gladio oris, excommunicando eos, & ex Ecclesia rejiciendo. Et aliquando ad aliorum cautelam & terrorem possunt ac merito debent recurrere ad portantes gladium in manu: vt tales homines etiam ex mundo expellant: ne suorum errorum peste peccatisque; ad eos scandalosis mundum ipsum inficiant. Hæc fuit semper Ecclesie Catholice consuetudo, vt constat ex eius Decretis; & sancti Patres in praxi seruarunt. S. August. etiã eam confirmat, reuocans sententiã contrariam, quã prius sequebatur. Nã in hoc, inquit, debent Reges, quã tales sũt Christo Domino, eiusque Ecclesie seruire: remouentes potestate sua impedimenta Diuini obsequij. Ita promouit illud Ezechias Rex *1 dissipans excelsa & conterens statuas idolorum*, & Rex Niniue idem præstitit, cum ciuitatem totam impulit *in ad ieiunia, & orationes, & recedendum à via mala*: vt sic plaerent Deum; similiter n Rex Darius, cum tradidit Danieli idolum Bel, vt *istud, si buerteret, & templum eius; misissetque Dei & eius hostes in lacum leonum*; & Nabuchodonosor sub grauissimis pœnis *o prohibuit blasphemare nomẽ Dei, qui liberauit tres pueros de camino ignis*. In hoc ergo (ait S. Aug.) seruiunt Dño Reges, in quantum Reges: cum ea faciunt, ad seruiendum illi, quæ non possunt facere nisi Reges, nec m̃rum, quod excitet Dñs Principes contra Hæreticos, & Schismaticos, ac perturbatores Ecclesie: cum etiam Saram in duxerit ad puniendam Agar ancillam. Agnoscat ergo seipsam Agar, suamque ceruicem fleat; & audiat, quæ Angelus ei dixit, cum ex domo suæ Domine fugit. Dixit enim Angelus ei: *reuertere ad Dominam tuam, & humiliare sub manu illius*. Si itaque affligitur: id fit, vt reuertatur: & vtinam reuertatur, vt eius filij simul cum filijs Iacob eandem acciperent hæreditatem. Mens enim Prælati non ea esse debet, vt ita repellat ab Ecclesia scandalosum, vt extra eam remaneat: sed punire eum, vt ad eam redeat. Quæ admodum autẽ Sara recepit quidem ancillam suam Agar reuertentẽ; sed

lib. 4. de cõ-  
si. ad Eu-  
genium.  
1. Ioan. 18.  
11.

k Tit 3. 10.

2. 1. q. 1. v. 9.  
ad 8. S. Tho.  
2. 2. q. 10. a.  
8. & q. 11. a.  
1. Epist. 48.  
ad vit. ent.  
S. 10. ad Bo-  
nif.  
1. 4. Reg. 18. 4.  
m Ion. 3. 7.  
n Daniel.  
14. 21.  
o. c. 3. 96.  
Tract. 11. in  
Euangelij  
loq.

p Gen. 16. 9

cum postea aduerteret: q̄ quod *Ismael eius filius* (vt Apost. ait) *persequeretur* & corrumperet *Isaac* filium suum vnicum, docens eum malos mores: matrem & filium ita è domo sua eiecit, vt amplius non reuenteretur: quod factum approbavit Deus ipse, etiam si graue ac seuerum ipsi Abrahamo videretur: ita etiam quando Ecclesia eiusq; Prælati vident pertinaciam Hæreticorum, & impiorum peccatorum in persequendis pijs ac bonis; & docendis detestandos mores, ac doctrinas: debent eos è gremio suo eijcere; & libenter videre quod etiam ex mundo exterminentur. Præstat enim (ait S. Bernardus) eos reprimi à potestate, quæ gladium gestat in manu: quàm permittere vt viuant cum tanto aliorum detrimento. Et quâuis qui ita punitur, culpa sua dânetur in infernû: minus tamen id malû est, quâ vt multalij eius causâ dânetur. Quare Prælati, qui pretextu pietatis hanc pœnam retardaret; non Prælati, sed crudelis censeretur: nam seueritas in hoc negotio non crudelitas sed pietas censetur. Nonne (ait S. Ambrosius) cû vni indulget indigno, plurimos facit ad prolapsionis cõttagium prouocari? facilitas enim veniæ incentiuum tribuit delinquenti. Idem confirmat S. Hieronymus varijs exemplis superiùs positis: qui concludit; *non est crudelitas, crimina pro Deo punire, sed pietas: cum ipse Deus in Lege antiqua iussisset si falsus aliquis Prophetas, aut frater, aut filius, aut vxor, aut amicus quem diligis vt animâ tuâ, clâ persuadere tibi voluerit, vt recedens à cultu Dei tui, seruias djs alienis: non acquires ei, nec audias, nec parcat ei oculus tuus, vt miseraris & occultes eum: sed statim interficies. Sit primû manus tua super eum & postea omniû populus mittat manum. Lapidibus obrutus necabitur: quia voluit te abstrahere à Domino Deo tuo: nõ est enim misericordia illum occultare; sed potius est charitas eum lapidare.* In quem tu primus lapidem mitte & ligna offer, quibus comburatur: & ita auferes malum de medio tui: ne alij eius scandalo comburantur. Si domus Dauid (ait S. Augustinus) non potest habere tranquillitatem, & pacem, nisi filius eius Absalon occidatur in bello, quod ipse contra proprium parentem gerit: minus certè malum est, quod ille occidatur, quâ quod illa tota turbetur, & scâdalizetur. Quamuis enim *spater pietatis visceribus cupiebat illum viuere, vt pœnitenti peccata remitteret; quia tamè in peccato suo mortuus est: hoc habuit ipse solatiij, vt perditum desl. ret, & pacem videret domus & regni sui,* quæ ex eius morte fuit secuta. Ita etiam Ecclesia nollet quidem mortem oppugnantij ipsam: si tamen aliter fieri non possit, vt illa conseruetur: æquanimiter fert mortem, & iacturam vnus filij, propter multorum pacem. In cuius confirmationem adferens S. Augustinus exemplum cuiusdam Sancti Episcopi, petentis ab Imperatore auxilium ad suam Ecclesiam tuendam, ait: quod si prætermisisset, non fuisset eius laudata patientia, sed negligentia meritò culpanda. Magna enim est Prælati negligentia, si media non adhibeat, per quæ Ecclesiæ suæ scandala possint remoueri.

q̄ Gal. 4. 29.

Serm. 86. in cantica.

Serm. 8. in Psalm. 118. 23 q. 4. c.

Est in iustia Epist. 13. ad R. pariu aduersus Vigilantium 2 q. 3. c.

Legi r. Dent. 33. 5. 8.

Epist. 50.

2. Reg. 18. 5. 33. &amp; 4. 19. 8.

## § II.

a Apoc. 2.  
16.

QVONIAM hæc negligentia adeo est pernitiosa, dixit Christus huic Episcopo: a penitentiam age: si minus, veniam tibi esto, & rationem exigam, puniamque culpam tuam. Apponit autem verbum: quia huiusmodi Prælatorum negligentia exigit celerem punitionem, ut impediatur damnum ab ea proueniens. Ne autem excusationem preterdat, quasi non habens sufficientes vires, & subsidia ad resistendum Nicolaitis, addit: & pugnabo cum illis in gladio oris mei: hoc est, ut supra insinuauimus: ego tibi in pugna adero, & in te pugnabo contra eos, verba tibi suggerens, & rationes, ac vires præbens, ad eos reprimendos. Quod si rationes non sufficient, ut ipsi se dedant: pugnabo contra huiusmodi seductores Balaam gladio iustitiæ meæ, vindictam de eis sumens. Quæ admodum enim scriptura refert, quod, cū Balaam pergeret ad maledicendum populo Dei, apparuerit ei Angelus euaginato gladio, minans ei mortem, si populo Dei malediceret. Qui etsi tunc non maledixit: quia tamen pelliculum dedit consilium Balac: fuit postea occisus gladio filiorum Israhel: quia non potuit Diuinæ iustitiæ gladiū effugere. Ita etiam Christus D. N. ait, se percussurū omnes hos rebelles peccatores gladio oris sui, hoc est efficaci suo imperio; quo interficit, aut iubet tales reos interfici, quo ipse voluerit modo. Et quando Prælati aut non audent, aut non possunt rebelliones & scandala Hæresiarcharum, & potentum huius mundi reprimere: potest (ut ait Apostolus) d spiritu oris sui eos interficere, cū minime cogitant. Sicut interfecit e Regem Hærodem, iubens Angelum quidam percutere eum sedentem in throno gloria sua.

b Num. 22.  
21.

c C. 13.

d 2. Thessal.  
2. 8.  
e Act. 12.  
23.

f Apo. 2. 17

Sed quoniam huius Domini desiderium est, ut gubernatio sua progrediatur spiritu amoris, & suauitatis: moderatur gladij seueritatem iucundissima quadam promissione, dicens: Qui habet aurem audiat quid spiritus dicat Ecclesijs: vincenti dabo manna absconditum, & dabo illi calicem aquæ vitæ, & in calculo nomen nouum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit. Opus certè est aurem arrigere ad audiendam & intelligendam hanc promissionem, quam Spiritus sanctus facit non soli Ecclesiæ Pergamensi, sed omnibus mundi Ecclesijs: ad quas etiã dirigit reliquas harū Epistolarum promissiones. Iucunda enim ac beneuola eius prouidentia liberalior è se vult ostendere in fauoribus ac præmijs promittendis quã in punitione minis. Minæ nō alijs proponuntur, quã reis, promissiones aut omnibus suis, qui vincendi conditione impleuerint. Atque si diceretur Prælato, cuiuslibet & Christiano cuiuslibet; magno aut paruo, qui sit Ecclesiæ Catholice pars, in quacūq; particulari Ecclesia viuenti: si viceris vitia & peccata, tuosque hostes Demone mundū, & carnē, tuoque muneri satis feceris, dabitur tibi manna absconditū deliciarū cælestiū in præmiū quod abstineris ab esca & car-

nalitatibus, quas docent Nicolaitæ, & sensuales delitias mortificaueris. Calculus quoq; albus ei dabitur ac pretiosus puritatis, charitatis, ac fortitudinis cum reliquis virtutibus, quæ sunt æternæ vitæ pignus; & simul dabitur nomen nouum filiorum Dei, & fratrum Christi, eiusque cohæredum in sua gloria, cum innumeris alijs delicijs, diuitijs, ac fauoribus, quæ in his tribus rebus continentur, vt fufius explicatum est in Tractatu de Sanctissimo Altaris Sacramento: vbi eas legere licebit cuicumque cupienti, se erigere celsitudine huius promissionis, ad pugnandum strenuè, vt vincat & consequatur æternæ gloriæ coronam.

SED nunc hæc præmia cum aliquibus documentis applicemus bonis Prælati: ad quos spectat, ita gladium in ore portare, vt simul habeant manna absconditum. Nam (vt S. Gregorius ait) quemadmodum in Arca Testamenti simul cum Tabulis Legis continebatur Manna absconditum, & virga Moysis: ita in pectore boni Prælati simul esse debent virga rigoris, & manna dulcedinis: vt curet seruari legē Dei. Cùm agit cū peccatoribus pertinacibus ac rebellibus, expedit, vt prodeat ex ore Gladius anceps: remanente tamen in corde abscondito manna dulcedinis: punire enim debet non cum odio, & rancore; sed cum amore Dei, & boni publici. Cùm autem agit cum subditis promptis ac paratis ad obtemperandum: abscondat gladium, quem ad tempus opportunum reseruet: ostendat verò manna proferens dulcia ac beneuola verba: idè enim dicitur de Ecclesia: quod *g eius labia sint fatuus distillans, & mel & lac sint sub lingua eius*. Quoniam autem etiam obedientes ac dociles solent aliquando tanquam homines imbecilles impingere; & aliqua punitione indigent: ea non est adhibenda gladio interficiente; sed virga percutiente ad sanandum: ita vt vulnus salubri medicina curetur, euacuato prauo humore, qui turbat & torquet. Ac propterea Dauid dicebat Deo: *h virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt*. virgâ enim (ait idem S. Gregorius) percutimur, baculo autem nos sustentamus. Quare in Prælato, si est districtio virgæ quæ feriat: sit & consolatio baculi, quæ sustentet; sit amor, sed non emolliens; sit rigor, sed non exasperans; sit zelus, sed non immoderatè feruens; sit pietas, sed non plus, quàm expediat, parcens; & si gladium eduxerit, vt aliquos percutiat: id faciat ad remedium & consolationem aliorum, & ad ipsosmet à grauioribus malis liberandos. Eum in modum, quo Moyses cum deprehendit horrendum illud delictum eorum, qui vitulum conflatilem adorauerant: volens iram Dei placare puniendo aliquos: *institit Leuitas gladium suum accipere; & transeuntes per castra, plurimos illorum occidere*. sed idem tamen Moyses tantam intus in corde suo habuit pietatem, vt diceret ipsi Domino: *aut dimitte eis hanc noxam; aut si non facis: dele me de libro tuo quem scripsisti*. Et ita (vt S. Gregorius) facilè

Tomo 1.  
Tract. 4.  
cap. 7.

I  
Lib. 26.  
Mor. c. 8.

g Cant.  
4. 11.

h Ps. 22. 4.

i Exod. 32.  
27. 32.

ostendit, quod intus arsit ignibus amoris, & foris accensus est zelo feruoritate. Hoc itaque est primum præmium, quod largitur Dominus bonis Prælati in hac vita.

SECUNDVM præmium est candidi calculi: in quo insinuat antiquam iudicum consuetudinem, qui, ad sententiam ferendam, suffragia sua dabant calculis candidis, & nigris: candido enim absoluebant reum, nigro vero damnabant. Quod insinuauit Ouidius, dicens:

*Mos erat antiquis niuis atrisque lapillis:*

*Hic dampnare eos, illum absolueret culpâ.*

Cum igitur Prælati sint Ecclesiæ iudices, & in utroque foro interiori & exteriori potestatem habeant ligandi atque soluendi: idè possunt calculis uti candidis ac nigris: dantes absoluto candidum absolutiois calculum, quo illum liberum pronuntiant: & in foro Sacramentali simul dant candidissimum gratiæ calculum, quo redduntur niue candidiores: quando autem non absoluunt, sed damnant: dant ei atrum calculum, quo eum relinquunt in sua culpa, aut alicui pænæ subijciunt. Altero eum laetificant, altero contristant: quamuis, quantum in se est, velent calculi candidum omnibus dare, nulli autem nigrum: nisi cum eius peccata id exigunt. Et tunc eum contristant pœna in hac vita ei imposita, ut oculos aperiat seseque emendet, & ab æternâ liberetur. Quocumque autem modo bonus Prælati iudicet, siue absoluat, siue liget, siue consoletur, siue puniat: promeretur sibi, ut Deus in finali iudicio det ipsi candidum calculum, & sententiam pro ipso proferat, iucundis illis verbis, quibus veteratur ad eos, qui talentis sibi concreditis fideliter sunt negociati: *Ecce serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: propterea in gaudium Domini tui: addetque tunc illi nomen æternæ gloriæ, propter bonam muneris sui administrationem, iuxta illud Ecclesiastici: In medio Ecclesiæ aperiet os eius, & adimplebit illum spiritu sapientiæ & intellectus, & stola gloriæ vestiet illum. Iucunditatem, & exultationem thesauri: abiet super illum, & nomine æterno hereditabit illum.*

Et hoc est tertium præmium bonorum Prælatorum, quod ipse Dominus appellat nomen nouum. Habet enim ipse in more, antiquum nomen in aliud nouum valde præclarum commutare, conforme illi fini & scopo, ad quem illum eligit: remunerans eadem operâ obsequia sibi præstita. Patriarchæ Abram, postquam exiuit è terra sua mutauit nomen in *Abraham*, quod significat: *patrem multarum gentium* præclarissimarum. Et Patriarchæ Iacob, postquam luctatus est cum Angelo mutauit nomen in *Iacob* in nomen *Israel*, quod significat *fortem contra Deum*, aut *videntem Deum*: o Gedeon quoque postquam *Aram Baal* destruxit, voluit Deus, ut *vocaretur Ierobaal*, hoc est destructor idoli Baal. Ita etiam remunerat fer-

uorem

5 Meta-  
moï phos.

k Matth.  
25. 11.

l Eccl. 15. 6.

m Genes.  
17. 5.  
n 6. 32. 27.  
o Iudicum  
6. 32.



uorem ac diligentiam boni prælati: dans ei nomen nouum summæ gloriæ, faciensq; eum sicut Abraham Patrem multarum Gentium, ob multos filios, quos Christo lucratur; & sicut Iacob, fortem contra Deum, per orationem extollens eum, vt ipsum videat; & gustet per contemplationem: & sicut Gedeon facit ducem populi sui, ad destruenda omnia idola, quæ peccatores adorant. Et in his omnibus nominibus præbet ei dulcedinem quandam, & suauitatem: quam nemo nosse potest, nisi qui accipit. Nam exterius apparet ingens labor, quem sustinet; interius autem maxima est consolatio & lætitia, qua fruitur: iuxta illud Apostoli: *prepletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione nostra.* Idque sentiunt in tanta abundantia, vt consolari possint reliquos afflictos & tribulatos, adiunantes eos vt suas facillè ferant tribulationes.

p2. Cor. 7.  
+ 1. Cor. 1. 4.

CAPVT XVI.

QUARTA EPISTOLA AD EPISCOPVM THYATIRÆ de Zelo Prælatorum circa castitatem propriam & subditorum, & remouendas occasiones & pericula; quantaque bona cæteris hinc proueniunt.



QUARTA EPISTOLA QUAM CHRISTVS DOMINVS SCRIPSIT ad Episcopum Thyatiræ, eiusdem fermè est argumenti, cuius proxima præcedens: in qua tamen sunt quædam alia documenta pro Prælatis: cuius initium est tale: *Hæc dicit filius Dei, qui habet oculos tanquam flammam ignis, & pedes eius similes aurichalco: noui opera tua, & fidem, & charitatem tuam, & ministerium, & patientiam tuam, & opera tua nouissima plura prioribus. Sed habeo aduersus te pauca quia permittis mulierem Iezabel, quæ se dicit Propheten, docere, & seducere seruos meos fornicari, & manducare de idolothytis.* Sed prius quam vterius progrediamur, expendamus laudes huius Episcopi: non enim solum fidem, charitatem, patientiam, & feruorem in suis ministerijs seruauit, sed semper nonas virtutes accretiones præteritis addebat. est autem magnæ sanctitatis indicium ita in primo feruore perseverare, vt non retrocedat; sed potius semper vterius progrediatur. Sed præter hæc valde eminebat in temperantia, & castitate: vt constat ex eo quòd cum Ciuitas illa Thyatira valde ferueret sordidis libidinibus, quas maledicta quædam scæmina fouebat, alliciens plurimos deceptos post se: Sanctus tamen hic Episcopus non est reprehensus, neque monitus de aliqua macula huius generis, quæ ipsum tangeret: quod est magnum indicium temperantiæ & castitatis,

a Apocal.  
2. 18.

qua

qua ille vitam ducebat. Et eadem præluxit in Episcopo Pergami, ad quem fuit tertia Epistola data. Qui etsi habitaret, ubi Sathanas sedere carnalitatibus ac turpitudinibus habebat, propter Hæresim Nicolaitarum: occidit in seipso temperans, & castus: & uterque lucebat tanquam lucerna ardentes in medio nationis prævia, & sensuales; & sicut alter c. *Loth habitans in Sodomis*, horrebat vitium Sodomitarum. Et hæc vna est causa, cur Christus Dominus noster in his Epistolis hos Episcopos appelleret Angelos: quia reuera tales erant in vitæ puritate; & habitantes in fornace carnalium turpitudinum? non lædebantur à flamma. Et ipsius Christi desiderium est, ut omnes Prælati Anglicam hanc puritatem sectentur: non solum ob rationes omnibus Sacerdotibus communes (ut dictum est in primo Tractatu) nec solum ob eas, quæ spectant ad Confessarios, quæ politæ fuerunt in secundo: sed etiam quod sint in loco excelso: quos totus mundus aspiciat; & quod sint Magistri castitatis, eiusque propugnatores, quod protestantur in sua consecratione. Interrogati enim: *ut castitatem & sobrietatem cum Dei auxilio custodire & docere?* respondet: *volō.* Ac præterea Apostolus inter virtutes elegendorum ad Episcopatus semper numerat ac repetit temperantiam & castitatem cum ait: *oportet Episcopum sobrium esse, pudicum, & continentem.* Quod si uxorem habuisset, dicit debere esse unam tantum, & non plures: in signum suæ continentie: cuius filii essent ipsi subiecti in omni castitate, absque vlla luxurie: nota: ut filiorum castitas testimonium præbeat castitati paternæ; & ut ipsi Prælati intelligant, quod non debeant esse contenti sola propria castitate, sed etiam dare operam, ut omnes subditi illam colant, quisque in eo continentiam gradu, qui ei conuenit, nec permittere eis occasionem aliquam, aut notitiam fornicationis aut luxurie. Totum enim redundaret in ipsorum culpam, & honoris imminutionem.

## §. I.

**H**æc autem fuit causa, cur Christus Dominus noster utramque hunc Episcopum reprehenderet: quod in suis Ecclesijs alter permitteret Nicolaitas turpes & carnales, alter verò quandam nequam foeminam carnalem ac decepticem, quæ suis carnis vitijs populum iniuriabat, & fingebat se esse Prophetem: cum verè esset Sathanæ Prophetissa: doceret, licitum esse fornicari, & vesci idolohytis: ut absque villo pudoris freno traderent sese vitijs ipsius. Huius generis fuerunt illo tempore aliquæ, qualis fuit Priscilla, & Maximilla & aliæ similes, quas refert S. Epiphanius. Vocantur autem nomine Iezabel, quæ multum excelluit in persecuendis iustis, a Naboth & Elia; mille fraudibus promouens cultum idolorum, & falsorum eorum Prophetarum. Quam obrem digna fuit ac promeruit, ut cum b. oculos suos sibi pictos, & caput ornatum haberet, præcipue

b Philip.  
215.  
c 2. Petri. 2.  
8.

C. 10.  
C 8.

c 1. Tim. 3.  
4.  
d Titi. 1. 6.

Li 2. Hæres.  
51.

a 3. Reg. 19.  
20.  
b 4. Reg. 9.  
30.

resur ex fenestra deorsum, & virgula equorum eam calcarent, & canes comederent eius carnes. Hoc genus scelestarum foeminarum potest etiam vocari *sedes Sathanae*: quibus tanquam instrumentis ille vitur ad homines decipiendos; & interdum per eosdem seminat aliquos errores. Et in singulis ciuitatibus gaudet se habere aliquam talem illis sceleribus plenam, quibus Salomon in suis prouerbis, eam depingit valde attentam, & sollicitam *ad capiendas animas*, ac iuuenes decipiendos, vt eam sequantur *tanquam bos ductus ad victimam*, & *agrus ad macellum*. Estq; incredibile quantum adferat Ecclesie detrimentum: cuius tamen regi reddent Prælati rationem, qui eam non reprehundunt cum asperitate; nec procurant impedire efficaciter. Quamuis autem Dominus noster molliter hunc Episcopum reprehendat, dicens: *habeo aduersum te pauca*, nec ei sicut alijs minetur fortè propterea quòd eius culpa esset leuior, ob exiguas vires ad repellendam & abijciendam maledictam hanc sementem. qui autem tacent, nec faciunt quicquid possunt, vt eam euellant: digni sunt magna reprehensione, ac pœna; & tali silentio imminuunt apud alios suæ castitatis opinionem: qui enim tacent, consentire videntur. Ac propterea S. Gregorius ait *Isaiam*, eos vocare *canes mutos, non valentes latrare contra lupos* disturbantes, ac dissipantes gregem Christi. Cum mala, inquit, corrigi loquendo possunt; silentium consensum esse pertimescunt; ideoque statim idem Propheta de eisdem subiungit: *canes impudentissimi nescierunt saturatam*: ipsi Pastores ignorauerunt *intelligentiam*; & nihil aliud sciunt quàm comedere, dormire, & sibiipsis indulgere: ita vt nunquam se reputent saturatos, nec alteri rei studeant quam auaritiæ suisque commoditatibus dicentes: *venite sumamus vinum, & impleamur ebrietate*. Quid igitur iustus iudex faciet, tales videns pastores, gregemque suum eorum culpa petire? Num & ipse canis erit mutus, sicut illi: verum est quidem ipsum ad tempus tacere, ac dissimulare, aut monere & corripere blandè, dans eis locum pœnitentiæ. Quid si emendatio non sequatur: audiat quid ipse per eundem Prophetam dicat: *e Dominus sicut fortis egredietur, sicut vir prælator suscitabit zelum: vociferabitur & clamabit: super inimicos suos confortabitur. Tacui semper, filii, patiens fui: sicut parturiens loquar: dissipabo & absorbebo simul*. Nam (vt S. Gregorius ait) quò diuturnior est patientia Dei, sustinendo eos & tacendo: eò postea erit terribilior in puniendo. Quod insinuat cognomen, quod sibi imposuit in hac Epistola, cum ait: *Hac dicit qui habet oculos tanquam flammam ignis, & pedes eius similes aurichalco*: ita enim carnales aspicit, vt iræ flammam in eos mittat, nisi se emendent. Quamuis autem ad puniendum plumbeis, vt vulgo dicitur, pedibus vadat; ac tardè incedat, expectans vt conuertantur; vbi tamen eorum videt repugnantiam & rebellionem, ponit super eos pedem, & tremenda fortitudine eos

c Pro. 7. 10.

Lib. 10.  
Mor. c. 14.  
1. P. Pastor.  
cap. 4.  
d 1. 56. 10.

e 1. 42. 13.

f Apo. 2. 18.

premit: quod fecit contra hanc Lezabelem, eiusque sequaces. g. Ego, inquit, dedi illi tempus vt penitentiam ageret: & non vult penitere à fornicatione sua. Ecce mittam eam in lectum, & qui machantur cum ea, in tribulatione maxima erunt, nisi penitentiam ab operibus suis egerint: & filios eius interficiam in morte, & scient omnes Ecclesia quia ego sum scrutans renes & corda: & dabo vnicuique vestrum secundum opera sua. Quasi dixerit: cum illa noluerit ex mea misericordia fructum capere, & se emendare, & purgare à suis sordibus: pulchram meam iustitiã illam pro meritis: vt eius scelera impediam, ne pluribus noceat. Permittam eam incidere in morbum doloribus & pudore plenum, quali solent laborare huiusmodi feminae, & viri, carnales. Ibi tenebitur vincula compedibus humorum, & torquetur doloribus quasi canonicibus; comburetur aestu febrium, de scedabitur pallore huiusmodi infirmitatis, & luet in sepulchrum voluptates suas sensuales. Quod si nec tunc emendare se voluerit, ex lecto illo proijciam eam in lectum inferni; & hinc subter ea sternetur rinea, & operimentum eius erunt vermes, linteamina autem & puluueria eius erunt ignes æterni. Eandem etiam poenam subibunt eius complices, qui scilicet cum illa peccant: omnes enim morientur morte adeo horrenda, vt mundo toti metum incutiat, & omnes ex ea agnoscant: magnum Deum nostrum habere oculos igneos, & rimari occulta cordium hominum: ita vt non lateant illum vlla peccata carnalia, quamuis occulte fiant; & in corde tantum conficiantur: & puniet omnes iuxta opera eorum: ipsos lasciuos: eò quod non se emendauerint; Prælatos verò ignauios & negligentes: eò quod eos non correxerint: quemadmodum puniunt in felici morte duos Sacerdotes filios Heli ob eorum scdida carnis peccata; & ipsum Patrem ob negligentiam in eis corrigendis, & arcendis à talibus sordibus.

h. 1. 14. 11

11 Reg. 2. 31  
2. 4. 11.

Ex his Prælati accipiant monita, & remedia contra propriam ignauiam & subditorum licentiam, ad lasciuiam: memores vtrique oculorum igneorum, qui ipsos aspiciunt. Si enim hoc vitium adeo est impudens, vt nemo audeat coram alijs illud admittere; multo que minus filius coram suo parente, vxor coram suo viro, & seruus coram suo Domino, & ciuis coram iudice, & subditus coram suo Principe: quis audebit illud perpetrare in oculis Dei? Credens se videri ab eo, cui omnia sunt aperta; & quod ab eo punietur pro meritis; & possibile sit quod ab eisdem oculis prodeat aliqua flamma ire, quæ in medio ipsius peccati ipsum comburat? Timeat, ne Deus per aliquem morbum horrendum conijciat in lectum; timeat, ne pulchritudinem & corporis elegantiam Deus illi auferat: qua ipse ad suam sensualitatem abutebatur; caueat, ne etiam honorem auferat in perenni sordida voluptatis; ac denique timeat ne proijciatur in profundissimum inferni lectum: vbi, etsi semper ardebit, nunquam consumetur; & nulli

na rabieque sese semper consumens, nunquam tamen sit futurus finis. Quia illa mors erit immortalis, & momentaneæ voluptatis pœna erit perpetuus & æternus planctus. Quod si tanta est subditorum sensualium miseria: quanta censenda erit crudelitas Prælatorum: qui non adhibent omnes vires ad eam opportunè præueniendam? Aspiciant ipsi oculos Dei igneos, vigilantes super ipsos, vt ipsorum negligentiam puniant; & ita curent ipsi similes oculos habere, ad vigilandum, & reparandum damnum subditorum.

PRIMUM igitur adhibeant medium correptionis ac reprehensionis, ne sint canes muti, sed latent contra inhonestos, etiamsi illi sint Reges: sicut latrabat S. Ioannes contra Herodem. Hoc autem facere debent non solum propterea quod Deo ad id sint obstricti, & vt illi satisfaciant: quæ causa debet esse præcipua; sed etiam, quod id debeant bonæ suæ opiniononi, quæ tali silentio imminuitur. Personæ enim publicæ non debent esse contentæ quod honesti sint, sed dare debent operam, vt & bonam in hac re famam habeant, remouendo omnes occasiones, aliquis contra eam obloquendi: quia famam suam etiam habent obstrictam bono subditorum. Nam (vt ait Sanctus Augustinus) quisquis à criminibus flagitiorum vitam suam custodit, sibi bene facit; quisquis autem etiam famam, in alios misericors est. Nobis enim necessaria est vita nostra: aliis fama nostra.

Ex quo fit, quod, cum huiusmodi peccata publica sunt & scandalosa, nec ad ea impedienda sufficit correptio & reprehensio: debeant Prælati manu arripere gladium excommunicationis, & separare putridum membrum ab Ecclesia; ne huiusmodi sordibus eam amplius inficiat. Ac propterea Sacrum Concil. Tridentinum constituit publicos concubinarios, si post ternam admonitionem non se emendent, esse excommunicandos, ad imitationem Apostoli, qui magno zelo quendam incestuosum damnauit, ac decreuit: *tradere huiusmodi hominem Sathana, in interitum carnis, vt spiritus saluus fieret.* Quod (vt Sanctus Augustinus explicat) fecit, eum excommunicando, & ab Ecclesia eijciendo; extra quam regnat Sathanas in omnibus ab ea præscissis, aut (vt ait Sanctus Ambrosius) tradidit eum Sathanæ, vt morbo aliquo graui carnis eius affligeret. Quemadmodum fecit Sanctus Iob, vt ex hac pœna cautior factus, & ad mentem rediens, animam suam saluaret: Hanc verò afflictionem vocat Apostolus interitum carnis, quia per eam moritur peccatis, & lasciujs suis: vt spiritus viuat Deo. Ex quo fit, vt in huiusmodi casibus liceat Prælati, & quibuscunque alijs personis orare DEVM DOMINVM NOSTRVM vt graui aliquo morbo tales personas visitare dignetur, vel in lectum per dies aliquot mittere, vt à peccatis abstineant, cessentque alios scandalizare.

lib de Bono  
viduitat.  
c. 22. Refer-  
tur 11. q. 3. c.  
Non finit

Sess. 24. De-  
creto De  
Refur. Ma-  
trimonij.  
c. 8.

k 1. Cor. 5. 5  
De verb. A-  
postoli. 1. Tim.  
9. 3. c. omnis  
idem c. Au-  
di. lib 1. de  
Panis c. 12.  
c. 1. 31.

Quod si neque hoc mediū secundum sufficiet: licet Prælati progredi ad corporalem pœnam, quæ illis permittitur, infigendam, Et, vt idem Concilium ait, inuocare brachij secularis auxilium, ad eos è Ciuitate pellendos, & grauibus alijs pœnis afficiendos, quibus & ipsi, & alij cautiore fiant: sic enim præuenient punitionem, è cælo aliàs venturam: quam Deus minatur ciuitati, cùm in ea huiusmodi delicta permittuntur: vt constat ex ijs, quæ Deus Moyfi dixit, cùm Sacerdos Phinees pugnantem confodit duos publicos fornicarios: *Phinees, inquit, zelo suo auerit iram meam à filijs Israel, vt non ipse delerem illos in zelo meo.* Et propter hunc zelum Deus ipsum Phinees confirmauit in summo Sacerdotio: vt utrumque enim bonum obtinent Prælati zelantes contra huiusmodi lasciuas personas: quòd scilicet præueniant maiora supplicia ab ira Dei imminenti, & seiplos dignos reddant, qui in suis officijs confirmentur, & stabiles sint, ac excellentiores fiant, vt in alio loco de Secularibus Principibus diximus. Et præter hæc: purgata ciuitate ab impio hoc hominum genere, qui illam inficiebant: magnam Deus exhibet remanentibus misericordiam; & singulari prouidentia magnos eis largitur fauores.

## §. II.

**H**OC IPSVM distinctiùs insinuauit Christus D. N. vltima parte huius Epistolæ, dicens: *a vobis autem dico, & ceteris qui Thyatira estis: quicumque non habent doctrinam hanc, & qui non cognouerunt altitudines Sathana, quemadmodum dicunt, non mittam super vos aliud pondus: tamen id, quod habetis, tenete donec veniam. Et qui vicerit, & custodierit vsque in finem opera mea, dabo illi potestatem super Gentes, & reget eas in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringentur, sicut & ego accepi à Patre meo: & dabo illi Stellam matutinam.* in quibus verbis tres insignes gratias, & fauores promittit Deus bonis ac diligentibus Prælati; reliquisque Fidelibus, illos sequentibus; & à pessima Iezabelis & Balaam doctrina sibi cauentibus: detestando scilicet vitia carnis, & superbiæ, & mundanæ ambitionis; & reliqua, quæ falsi Magistri vocant Sathanae altitudinem: cùm tamen reuera non sint altitudines, nisi in opinione malorum. Nam in rei veritate potius sunt profunditates errorum, ac deceptiones Diabolicæ.

PRIMVS fauor & benevolentia significatio est, quam exprimit illis verbis: *non mittam super vos aliud pondus:* quod scilicet in suo imposuit Euangelio, quod est onus leue, & iugum suauis: quo illos eximit ab onere antiquæ Legis grauissimo. Sed abique vlla comparatione onera Sathanae, eiusque Ministrorum grauiora sunt Euangelicis. Etsi enim carni videantur leuiora, ac suauiora, ferunt tamen secum postea innumeras afflictiones spiritui: à quibus D. N. seruos suos expedit, ac liberat. Ac propterea eis dixit: *venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego*

l Num. 25.  
11.  
1. Machab.  
2. 53.

Tomo. 2.  
Tra. 4. c. 6

a Apocal.  
2. 24.

b Matth.  
11. 28.

reficiam vos: tollite iugum super vos, & inuenietis requiem animabus vestris. Circa quod tantū duo extrema vitiosa valdeque perniciofa sunt vitanda: alterum prælatis, alterum subditis. Hi enim persuadere sibi debent Prælatos Ecclesiæ posse ac debere aliqua onera imponere præceptorum, quæ non sunt in Euangelio expressa; sunt tamen necessaria, aut valde conuenientia ad implendum quod in eo est à Christo Domino institutum. Neque tamen hoc aduersatur ijs, quæ Christus D. hic dixit quod non imponeret suis fidelibus aliud pondus: nam in suo Euangelio suis Prælati dixit: *cui vos audit, me audit.* Quare onus quod illi imponant, Christus ipse imponit: quando eius nomine & ad finem prædictum imponitur. Et hoc nomine SS. Apostoli aliquas constituerunt Leges pro vniuersa Ecclesia. Et in actibus Apostolorum contra illos Hereticos Nicolaitas, & alios similes, dixerunt: *disium est Spiritui sancto & nobis, nihil ultra imponere vobis oneris, quàm hæc necessaria:* nos enim ex eius inspiratione loquimur; & ille loquitur per nos; vt non aliud onus vobis imponatur, quàm *vt abstineatis vos ab immolatis simulacrorum, propter scandalum, quod alijs talia manducando præberetis: & à fornicatione.* Et eodem spiritu sunt alia præcepta ad Ecclesiã lata: quæ etsi videantur oneri: potius tamen sunt leuamini. in quantum adiuuant ad implenda cum maiori securitate onera Euangelij & ad nos expediendos à grauissimis Demonis oneribus. Ipsi tamen Prælati debent etiam aliud documentum seruare: ne scilicet vitam Christianam grauiorem reddant nimijs oneribus, aut minus necessarijs: ne sint sicut Scribæ & Pharisei erant, qui imponebant onera importabilia super humeros hominum: & ipsi tamen nec digito ea attingere volebāt. Et ne etiam illos sequatur, qui super onus Euangelij legem etiam veterem addebant: contra quos S. Petrus dixit: *f. quid tentatis Deum, imponere iugum super ceruices Discipulorum, quod neque nostri, quæ nos portare potuimus.* Teneant igitur Prælati medium discretionis statuentes præcepta & ordinationes conuenientes, iuxta tempora & status subditorum: qui tamen non debent se ingerere, vt diiudicent onera, quæ à Prælati imponuntur; sed simpliciter obedire, eaque cum animi subiectione seruent. Siquidem ipsemet Saluator, loquens de Scribis & Phariseis, qui Moysis Cathedram occupabant, & graua onera imponebant, dixit populo: *quæcunque dixerint vobis, seruate & facite: etiam si illi ea non seruent.*

Hoc melius adhuc intelligetur ex secundo fauore quem hic ostendit, promittens quod *vincenti Iezabelem, & altitudines satana;* cum firmo animi decreto perseverandi in ipsius obsequio vsque ad vitæ finem, *hæc dabit potestatem super gentes, sicut ipse accepit à Patre suo: vt eas regat in virga ferrea, & confringat tanquam vas figuli.* In quo duo fauores continentur, Alter, quem ostendit ijs, quos propter victorias de suis vitijs reportatas,

c Luc. 10. 16

d Actuum  
15. 28.c Matth.  
23. 4.f Actuum  
15. 10.g Matth.  
23. 3.h Apoc.  
2. 26.Ita vigeat.  
hic citans  
alios.

In hunc lo-  
cum cum  
Beda, Eu-  
thymio. Et  
ipse Chryso-  
stomus  
Homil. 4 ad  
Bapt. can-  
dos Tomo 5.  
in Psal. 78

i Hest. 4. 11.

elegit in Prælatos Ecclesiæ: tribuens eis potestatem gubernandi, quam ipse à Patre suo accepit, cum animo strenuo, fortique pectore ad subditos gubernandos, non virga lignea, quæ facile flectitur & citò frangitur; sed ferrea, quæ (vt explicat S. Chrysostomus aliique Sancti) est virga recta & fortis quæ nec flectitur, nec mollescit propter humanos respectus; sed confringit improborum audaciam, & animum erectum; vt eos reparaet, sicut figulus reparat & rectificat vas fictile recens confectum, quando illud confringit. Et hoc modo, ait S. Augustinus, Patrem æternum dixisse filio suo: *Dabo tibi Genus hereditatem tuam & possessionem tuam termino: et terra reges eos in virga ferrea*, hoc est inflexibili iustitia; & tanquam vas figuli confringes eos: id est, conteres in eis terrenas cupiditates, & veteris hominis lutulenta negotia, & quicquid de peccatore limo contractum atque inoletum est quod hereditate ab homine veteri acceperunt: vt eos reformet iuxta imaginem hominis noui. Sed non caret aliquo mysterio, quod æternus Pater noluerit filij sui gubernationem comparate cum ianreavi ga, qualis erat Regis Assueri: cum etiam aurum sit firmum ac forte; sed cum virga ferrea, quæ duriciem, sonat terribilitatem & errorem. Causa autem huius fuit: ne quis existimaret, eius regnum, & æstimationem inniti debere diuitijs & splendoribus temporalibus, sicut Regum terrarum; & vt ipsos Reges, Potentes, & Sapientes mundi doceret quod ipsius Lex Evangelica non deberet flecti à sua reuerentia erga ipsos; neque eorum vota annuere in quacunque re, vbi vel minima adesset culpa; nec personas acceptare: sed quod erga omnes seruatura esset integritatem, firmitatem, & æqualitatem iustitiæ; & punitura reos, etiam si essent Reges. Quamuis enim verum sit, quod illa sit Lex Amoris, eiusque gubernatio iuuans: est tamen virga ferrea ac terribilis contra vitia & peccata, contendens ea destruere & ab omnibus hominibus auertere, in ipsorum bonum. Nam quodocunque illi peccata sua deserere voluerint: ostendit amorem & clementiam erga eos: eisque ignoscit, acceptans illorum poenitentiam. Si autem peccatores, quicumque illi fuerint, corde instar ferri duro amplexentur peccata, nec dirmittere illa velint: tunc eorum pertinaciam punit virga ferrea inflexibili, ac terribili. Et hac vtetur in nouissimo iudicij die contra eos, qui in suis peccatis obstinati & indurati obierint. Et hinc apparet secundum præmium, quod his verbis promittitur iustis: cum scilicet ipsi Christo corregnabunt in cælo, ei que cum ingenti gloria assistent in iudicio, condemnantes eos, qui ipsos in hac vita fuerunt persecuti; & gaudentes quod virga ferrea supremus iudex iustitiam exerceat, comminuens eos tanquam vasa fictilia, quæ nunquam poterunt esse vni. Attendant igitur Prælati, quomodo CHRISTVM D. N. imitentur in via virgæ ferreæ, cauentes à vitiosis extremis. Quare: ex ferro accipiant

recti-



rectitudinem & integritatem iustitiæ: ne in aliquo flectantur ob timores, & respectus humanos. Et vt rebelles puniât. nolentes sua peccata deferre. Demittant tamen cordis duriciem, nec sint inflexibiles & inexorabiles, cum peccatores flecti voluerint ac ipsorum iussis cedere: dantes locû commiserationi eorum. Gladius enim & virga ferrea, quæ semper sunt simul, potius tendunt ad ipsa peccata destruenda, quam ipsos peccatores: hunc enim rigorem remittunt ad nouissimum iudicium.

VLTIMVM præmium, quod promittit Dominus noster vincenti, est *stellam matutinam*: quæ est ipsemet Christus: nam ipsemet imponit sibi hoc nomen in sua Apocalypsi: quia præbet magnam suæ diuinitatis & humanitatis cognitionem; & fungitur munere splendentis stellæ, ducens ipsos victores rectâ in tenebris huius sæculi, influens in eos lumen gratiæ ac cœlestis sapientiæ: vt crescant in sanctitate, sicut lux matutina, crescens vsque ad perfectam gloriæ diem: vbi eum videbunt facie ad faciem, & saturabuntur, eruntque beati ex tali ipsius visione.

SED nominatim aduertant Prælati, quibus Christus Dominus nomen imposuit *stellæ*, quas ipse habet in manu sua: quod semper debeant aspicere stellam hanc matutinam, eamque accipere tanquam populum ac duces in omnibus, quæ in suo officio gesserint: vt hac imitatione seruent coniunctionem, quam cum ipso habent; & studeant esse erga subditos stellæ matutinæ, quæ omnes tristitias repellant, & prænunciæ sint lætitiæ ac solatiij. Imo etiam cum vtentur virga ferrea, finem tamen & scopum collocent in exercendo officio stellæ, consolando scilicet, & animum addendo reis, ne debiles incidant in pusillanimitatem, aut animi abiectiorem; sed magna animi fortitudine sequantur stellam vsque ad portum æternæ gloriæ.

3  
k Apocal. 2.  
28. c. 22.  
16.

1c. 1. 16.

## CAPVT XVII.

QVINTA EPISTOLA AD EPISCOPVM ECCLE  
*sia Sardis contra Prælatos, qui ipso nomine tantum contenti mu-  
 nus suum negligunt; nec vigilant, neque attendunt ad  
 bonum subditorum.*



*Apoc. 3. 1.*

AGNO ZELO EXÆSTVAT CHRISTVS D. N. Vt PRÆLATI munia sua plenè exequantur; magnamque iram ostendit contra non facientes, quod tenentur; quamuis consuetà suà misericordiã, antequam puniat, exhortetur ad pœnitentiã: vt videre licet in quinta Epistola, quam dedit ad Episcopum Sardinensem tremendis hisce verbis: a Hęc dicit qui habet septem spiritus Dei, & septem stellas. Si operatua: quia nomen habes quod viuas, & mortuus es. Esto vigilans & confirma cetera, quæ morituræ erant. Non enim inuenis operatua plena coram Deo meo. In mente ergo habe qualiter acceperis, & audieris, & seruas, & pœnitentiã age. Si ergo non vigilaueris veniam ad te tanquam fur: & nescies, qua hora veniam ad te. Quibus verbis depingit miserandam conditionem quorundam Episcoporum & Prælatorum, qui etsi nomen habeant ac dignitatem Prælatorum, quod est nomen viuentium & Sanctorum in oculis Dei: interius tamen sunt mortui ob culpam lethalem, nec vitam ducunt prout exigit ipse status. Idedque profundo quodam somno quasi obruti, negligunt quæ sui sunt officij, & in periculo versantur admittendi fidem ipsam, & spem, & bona aliqua opera, quæ eis salpererant: quæ tamè plena non sunt, sed vacua & inania; quia exterius quidem apparent opera virtutum; re ipsa tamen potius sunt vanitas quedam. Et quamuis apud homines videantur plena, in oculis tamen Dei sunt vacua, valdeque defectuosa, & habent nomen, quod viuant, sed sunt quasi mortua, & sine spiritu & deuotione: & absque puritate intèrionis, quam virtutes semper exigunt. Quare nisi tales Prælati redeant ad seipfos, subtrahet Deus manum ab eis, permittèdo eos finire vitam, & amittere quicquid boni in hac vita habebant, & in altera fuissent habituri. Cum igitur ab omnibus Christianis hoc exigatur, vt non sint contenti sola fide absque charitate, & solo nomine viuentium, si opera illorum sint mortua: multo magis id exigitur ab omnibus Prælati. Nam, vt Concilium Tridentinum ait, totius familiæ Domini status & ordo nutabit; si quod requiritur in corpore, non inueniatur in capite. Quod si caput ægrotet, sitque peste infectum: quid de corpore fiet? Tunc (ait S. Gregorius) verum est, quod dicitur

*Sess. 24. de  
 Reform. c. 7.  
 2. P. Pastor.  
 c. 2. & Ho-  
 mila 7.*

xit Oseas Propheta: *b sicut populus sic Sacerdos*: quia utrique dilabuntur in eadem vitia. Nam populus vitia Sacerdotum sequitur: & Sacerdotes abii- ciunt se in vitia populi. Ac propterea gemitur Ierem. cum dixit: *c quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides Sanctuarij in capite omnium platearum?* Qui (ait hic Sanctus) sunt lapides Sanctuarij, nisi personæ habentes varios Sacros ordines? & quæ sunt plateæ, nisi latæ huius vitæ viæ, quæ ducunt ad perditionem, & mortem æternam? Tunc igitur lapides Sanctuarij disperguntur per plateas: cum Prælati & Ecclesiasticæ personæ, quæ in templo Dei esse deberent, & non discurrere, nisi in Sancta Sanctorum: effundunt se ad terræ dæmonias, degenerantes à sanctitate sui statûs, & obscurantes ac inficientes aurû charitatis & ob- fuscantes bonum virtutis colorem. Nec sine mysterio Propheta dixit, quod *d dispersi sunt in capite omnium platearum* ad significandum quod cum terrena a- gunt summi videri appetunt: hoc est magni & Sancti haberi; & cum sint mor- tui, nomen volunt habere viuentium.

¶ I.

QVÆ diximus, præclarè explicuit Dominus noster Propheta Zachariæ, iubens eum *a accipere vasa Pastoris stulti*, hoc est eius insignia, baculum, & peram, cum reliquis officij eius instrumentis, & con- tra eum prophetizando, dicere: *O Pastor, & idolum, derelinquens gregem: gladius super brachium eius, & super oculum dextrum eius, brachium eius aridi- tate siccabitur, & oculus dexter eius tenebescens obscurabitur*, valde propriè ap- pellatur *Pastor & idolum*: etsi enim verum sit quod propterea non desinat esse verus Pastor, si est consecratus, & ad id officij electus ab Ecclesia Ca- tholica, iuxta eius leges: simul tamen est idolum inane, & veritate, quam repræsentat; spoliatum. Non enim habet plus quàm repræsentationem officij quod obire deberet; suâ verò malitiâ & negligentia illud non præ- stat. Habet insignia *Pastoris* baculum, mitram, & vestem siue pallium, & auctoritatem, honoremque illius statûs; non tamen habet viua veri ac perfecti Pastoris opera. Est quasi *idolum* valde exornatum, & quasi in throno collocatum: quod etsi oculos habeat, & aures: nec videt tamen neque audit; etsi linguam habeat: non tamen loquitur; & habens pedes ac manus: nec ambulat tamen, nec palpat. Non habet brachium forte ad exequendum quod sui est officij; neque dextrum oculum ad id pruden- ter cognoscendum, & intentione recta dirigendum. Passio enim & am- bitio, cupiditas, aut sensualitas, quasi gladius anceps abscondit eius ner- vos, & cordis virtutem abstulit: ita ut dextrum brachium exaruerit, ob pusillanimitatem, ad sui officij opera præstanda; dexter oculus obscu- ratus sit & exœcatus ignorantia & obliuione eius quod præstare

in Euan-  
gelia.  
b Osee. 4. 9.  
c Thren. 4. 1.

a Zachar.  
11. 15.

S. Cyprian.  
libello ad  
Novatianum  
propè finem

tenetur. Quamuis sinister semper sit viua, & acutus ad cognoscenda  
 proprias commoditates alicuius lucri & honoris, & alias temporales vi-  
 litates, quas ex suis ouibus accipere potest, & ad inueniēdos modos, qui-  
 bus iuari possit, vt promoueatur in suis cogitationibus, ac desiderijs. Et  
 ad hæc omnia habet brachium forte: ita vt nemo illum possit impedire:  
 sed eo liberius ad hoc vitur sua potestate, quod illa maior est, & maiorem  
 subditis adfert timorem, non tamen diu durabit huiusmodi tyrannia,  
 quia diuina iustitia gladius brachium abscondet, in quo confidit, exuen-  
 do illum potestate, qua adeo abutitur; & omnino excæcabit dextrum il-  
 lius oculum vitando consilia prudentiæ eius carnalis; eumque expol-  
 lans, in pœnam peccatorum eius, vera luce, quæ exhilarat & beatificat  
 animas

Lib. 2. de  
 considerat.  
 ad medium  
 Tomo 2.  
 Tract. 4. c. 1.

Sed videamus proprietates horum pastorum idolorū, quas depingit  
 S. Bernardus Eugenio Papæ, vocans eos monstra, verbis illis quæ retuli-  
 mus cū de secularibus Principibus ageremus: Monstruosa res grades sum-  
 mus, & animus infimus, sedes prima, & vita ima; lingua magniloqua, &  
 manus otiosa; sermo multus, & fructus nullus; vultus grauis, & actus le-  
 uis; ingens auctoritas, & nutans stabilitas. Ad moui speculū: sedus se in  
 eo vultus agnoscat: tu gaude tuum dissimilem inuenire. Inspice tamen &  
 tu, ne forte et si sit vnde meritò placeas tibi, etiam, in quo debeas displice-  
 re, non desit. Hæc S. Bernardus. Quod speculum propositum à Sancto  
 Bernardo Papæ Eugenio, licet suo modo proponere omnibus Episcopis,  
 ac Prælati, & sacerdotibus omnibus: vt conferentes vitam, quam di-  
 cunt, cum dignitate, quam gerunt: si deprehenderint eas non conuenire,  
 erubescant de seipsis, & intelligant se esse quasi monstra in Ecclesia, con-  
 iungentes in vnum caput hominis & corpus bestię, hoc est dignitatem  
 Angelicam, & vitam bestialem.

Lib. de di-  
 gnit. Sacer-  
 dot. c. 3.  
 Tom. 4.

Hoc ipsum magna cum eloquentia docuit S. Ambrosius, postquæ ex-  
 plicasset excellentias dignitatis sacerdotalis, & Episcopalis, his verbis o-  
 stendi vobis, fratres, nihil esse in hoc seculo excellentius Sacerdotibus:  
 nihil sublimius Episcopis reperiri: vt cum dignitatem Episcopatus Epif-  
 coporum oculis demonstramus, & dignè noscamus quid sumus; &  
 quod sumus professione, actione potius quàm nomine demonstre-  
 mus, vt nomen congruat actioni, actio respondeat nomini; ne sit no-  
 men inane, & crimen immane; ne sit honor sublimis, & vita deformis;  
 ne sit deifica professio, & illicita actio; ne sit religiosus amictus, &  
 irreligiosus profectus; ne sit gradus excelsus, & deformis ex-  
 cessus; ne habeatur in Ecclesia Cathedra sublimior, & conscientia Sa-  
 cerdo-

cedotis reperiat humilior; ne locutionem simulemus columbinam, & mentem habeamus caninam; ne professionem monstremus ouinam, & ferocitatem habeamus lupinam; ne dignè nobis per Prophetam respondeatur à Domino: *b populus hic labijs me honorat: cor autem eorum longe est à me.*

Ergo, fratres, sicut Senatorem Chlamys ornat, sicut agricultura rusticum, sicut nautam navigationis peritia, & singulos quosque opifices operis sui qualitas ipsos demonstrat auctores: sic Episcopum non aliud nisi Episcopalis opera designat: ut ex bono opere magis, quam professione noscatur; plus meritis esse Episcopus, quam quod nomine vocetur: quia sicut nihil esse diximus Episcopo excellentius: sic nihil est miserabilius, si de Sancta vita Episcopus periclitetur, si Sacerdos in crimine teneatur. Et ut leuius est de plano corruere, sic grauius est qui de sublimi ceciderit dignitate: quia ruina, quæ de alto est, grauiori casu collidit. Honor quidem Episcopalis coram hominibus præclarus est; sed si ruina sustineat, dolor magnus est. Nam quantò præ cæteris gradus Episcopalis altior est: tantò si per negligentiam delabatur, ruina grauior est. Magna sublimitas magnam debet habere cautelam. Honor grandis grandiori debet sollicitudine circumuallari: *c Cui plus creditur, ab eo plus exigitur*, sicut scriptum est: quia optimis per mixta sunt pessima. Et alibi: *d Potentes potentiora tormento patientur. Et e scienti legem & non facienti eam, peccatum est grande;* & *e seruus sciens voluntatem Domini sui si non fecerit eam, vapulabit multum.* Aliud est enim quod ab Episcopo requirit Deus, & aliud, quod à Presbytero, & aliud quod à Diacono, & aliud quod à Clerico, & aliud quod à laico, vel à singulis quibusque hominibus. Et licet omnium hominum opera Deus in suo examinet iudicio, plus tamen ab eo exigitur, cui plus committitur. Ampliores enim pœnas luit, cui numerosior regendorum populorum fuerit cura commissa. Hæc S A N C T V S A M BROSIVS.

Quibus addere licet, quæ postea subiungit, in eos, qui has dignitates emunt: eadem enim aptari possunt ijs, qui ea abutuntur. Oculis, inquit quit, carnalibus videtur quasi E P I S C O P V S magnus; & diuinis obrutibus inspicitur leprosus magnus. Per pecuniam acquisiuit indebitum ordinem, & D E V M perdidit in interiore homine. Caro suscepit dignitatem, & anima perdidit honestatem. Caro ancilla, Domina facta est animæ: & anima; quæ erat Domina, facta est famula carni. Caro dominatur populis, & anima seruit Dæmoni: si meruisti *g salis* possidere saporem, ut insipientium possis corda condire; cur infatuatus tali vitio immundis te porcorum calcandum pedibus præbuidisti, ita ut nec

”  
”  
”  
b Luc. 19.  
5.  
Matth. 5, 8.  
”  
”  
”  
”  
”  
”  
”  
”  
”  
”  
c Luc. 12.  
4, 8.  
d Sap. 6, 7.  
e Iacob. 4.  
17.  
f Luc. 12.  
47.  
”  
”  
”  
”  
”  
in cap. 5.  
”  
”  
”  
”  
”  
”  
g Matth. 5.  
13.



" alios, nec te ipsum possis condire? oculorum etiam in corpore officium  
 " geris, ut reliquum per te corpus ducatum lucis habeat: & nunc quadam  
 " lippitudine & caligine vitiorum obtenebratus, nec te ipsum luci idone-  
 h *Matth.* 6. 23. " um præbes, & alijs adimis lumen. Ut enim Saluator dixit: *h si oculus tuus*  
 " nequam est, totum corpus tuum tenebrosum erit: id est, si Episcopus, qui vide-  
 " batur corpori subdito lucem præbere obnubiletur: quid cætera facient  
 " membra, quibus lux adempta est oculorum? Nam quid aliud interpreta-  
 " tur Episcopus, nisi Inspector? Maxime cum Solio in Ecclesia editiore re-  
 " spondeat, & ita cunctos respiciat, ut & cunctorum oculi in ipsum respiciant.  
 " Ergo quia ita est, cur te velut tæturæ speculum vniuersorum oculis de-  
 " monstras, ita non possint obsecuitate tua se comptius exornare. Hæc  
 " que S. hic Doctor. Aperiatur itaque Prælati oculus, & inspiciat primum  
 " titulum scribentis hanc Epistolam: qui scilicet *habet septem spiritus Dei &*  
 " *septem stellas*: & erubescat, quod cum ratione officij sit spiritus & stellam  
 " in manu Christi: eam tamen vitam ducat, ut pudeat ipsum Christum illum  
 " in manu sua tenere; ac timeat ne ipsum ex ea soluat, ac demittat. Studet  
 " ut sua opera sint plena, coniungens cum fide plenitudinem charitatis; &  
 " cum exteriori opere spiritum interiorem; & cum statue sui authoritate  
 " virtutis excellentiam, seruetque quod Apostolus dixit cuidam alteri E-  
 i 2. *Timot.* 4. 5. " piscopo: *in ministerium tuum imple docendo; & quod verbo prædicas, opere*  
 " ostendendo. Et cuidam Archippo significauit: *vide ministerium quod ac-*  
 Colof. 4. 17. " *cepisti in Domino, ut illud impleas, in omnibus ut sit perfectum.*

S E D perpendamas adhuc amplius documentum datum à Domino  
 huic Episcopo, cum dixit: *esto vigilans*. Quamuis enim omnibus Christi-  
 anis commendauerit, ut vigilarent, quemadmodum S. Marcus expressit,  
 k *Macri.* 13. 37. " *dicens: k quod vobis dico, omnibus dico: vigilate*. Speciali tamen ratione ur-  
 l *Hier.* 13. 17. " bentur Prælati vigilare; ut qui non solum sibi ipsis attendere debeant, sed  
 in *Cant.* 3. 1. " etiam (ut ait Apostolus) *peruigilare pro animabus subditorum* ipsis commis-  
 Ep. 1. c. 5. 7. " sionum. Ac propterea in Canticis vocantur: *m vigilantes, qui custodiunt ciuita-*  
 n *Ezech.* 3. 11. " *tem, n & custodes qui eas circumueunt, ut tutam seruent*. Et aliquando eos  
 o *Ierem.* 6. 17. " appellat *o speculatores*. Nomen etiam Episcopi (ut ex S. Ambrosio retu-  
 i *serm.* 76 in *Cantica.* " limus) significat Inspector, qui in loco altiori existens, vigilat & inspi-  
 " cit, quid sub ipso agatur. Hos custodes, ait S. Bernardus, inuigilare de-  
 " bere pro custodia ciuitatis, à vi tyrannorum, à fraude hæreticorum, à ten-  
 " tationibus Dæmonum. Hi vigilantes & in oratione pernoctantes hosti-  
 " um nouerunt insidias, præueniunt consilia malignantium; eorum le-  
 " queos dissoluunt, retia lacerant, eorumque designationes transuersis cuniculis  
 p 4. *Reg.* 6. 9. " impediunt. Et quemadmodum p *Elisæus nouerit Assyriorum insidias: & mouerit*  
 " *regem Israël: ne per locum illum transiret*: ita hi custodes, ut Apostolus ait, q *non*

ignem cogitationes & astutias Satana, de quibus monent fideles, vt eas caueant, & cauti sint. Eisdem incumbit ex officio vigilare, vt stimulent ignauos, impedimenta auferant feruentibus, vt velocius currant in studio virtutū. Et ita sponsa, cum quæreret dilectum suū ait: *inueniunt me custodes qui circumeunt ciuitatē, percusserunt me & vulnerauerunt me, tulerunt pallium meum mihi custodes murorum.* Nam (vt S. Gregorius explicat) hi custodes gladio verbi Dei vulnerant cor dolore peccatorum; & vulneribus amoris ita illud penetrant, vt anxie cupiant dilectum inuenire, quem quærent. Pallium etiam auferunt affectuū, ad res temporales: vt liberius anima his omnibus exuta nudum sequatur Iesum. Et ad idem tendit alterum documentum quod adiecit Christus Dominus eidem Epistola, dicens: *confirma cetera, qua moritura erant: hoc est iam iam peritura.* Munus enim eius est infirmos curare, iuuare debiles, lapsos erigere, torpentes extimulare & à morte liberare eos, qui prope erant vt laborerent. Mali autem Prælati negligentes vigilare in bonum subditorum, vigilant tamen vt suas quærant commoditates, votorumque suorum compotes fiant, etiam vulneratis conscie: sibi commissorum, eosque spoliantes pallio, quo se tegebant. Et in hunc sensum explicant multi Doctores prædicta verba sponsæ: quod scilicet custodes murorum adeo essent improbi, vt malis suis exemplis scandalizauerint, & vulnerauerint eius animam, & vestem abstulerint bonorum operum, quibus se tegebat; & pallium bonorum temporalium, quibus se alebat. Sed adfuit illi Dominus: ne hoc scandalum illi noceret, nec cessaret quætere dilectum; & se totam eius obsequio mancipare. Prælatorum enim malitia non poterit præualere contra Dei electos: quibus ipse Dominus gratia suā semper adest, exhibetque erga eos bonum officium, quod ipsorum Prælati iure optimo facere debuissent.

## §. II.

**E**T hoc est quod Christus mysticè addidit in Epistola ad hunc Episcopum, dicens: *a habes pauca nomina in Sardis, qui non inquinauerunt vestimenta sua, & ambulabunt mecum in albu: qui a digni sunt. Qui vicerit sic vestietur vestimentu albu, & non delebo nomen eius de libro vitæ, & confitebor nomen eius coram Patre meo, & coram Angelis eius.* hoc. n. voluit ei significare: quamuis tu sis malus Episcopus, & solo nomine talis non præstans officium tuum: ne tamen existimes me deseruisse gregem tuum: habes enim pauca nomina in Sardis, aliquos scilicet paucos valde electos, ac præstantes quos ego etiam de nomine noui, & ad cælum approbaui: propter quos misereor tui; & hortor, vt pœnitentiā agas, bonique Prælati munus erga

eos

q. 2. Corin.  
2. 11.r Cant. 5, 7.  
ibid.Titelma-  
nus Ludoc-  
cus Legio-  
nensis Mar-  
Del rio.a Apocal.  
3. 4.

eos exerceas. Ait autem esse *paucos*: vt significet: quando Prælatus impro-  
 bus est ac negligens, maximam subditorum partem eius malum exem-  
 plum sequi. semper tamen Deus paucos aliquos reseruat in ipsius obse-  
 quio fideles. Quemadmodum ipse dixit Elia conuerenti, quod totus  
 populus sequeretur malum exemplum impij Regis Achab: *derelinquitur*  
 (inquit) *mibi in Israhel septem millia virorum, quorum genua non sunt incurua-*  
*ta ante Baal.* Inter plurimos enim improbos placet mihi esse aliquos val-  
 de selectos. Et quemadmodum Deus permittit bonos Prælatos habere  
 aliquos subditos valde importunos ac pertinaces, qui ipsos docent, exerceant,  
 & clariorem reddant eorum patientiam: ita etiam disponit vt mali  
 Prælati aliquos habeant subditos valde selectos; vt confundantur &  
 erubescant, videntes pedes esse meliores ipso capite; ac discipulos multo  
 præstantiores ipso Magistro. Et quemadmodum qui bonos Prælatos  
 habent, si improbi sint maiori pœna sunt digni: ita qui malos habent  
 Prælatos: si ipsi boni sint maiori sunt præmio digni. Ac propterea Chri-  
 stus Dominus Noster a deo laudat paucos illos, iustos, qui erant in Sardis,  
 dicens: *eos esse dignos, qui cum ipso ambulent & vestiantur vestimentis albis,*  
*valde preciosis in cælo; certos eos faciens quod eorum nomina nunquam*  
*sint de libro vite delenda,* nec ipsi perdituri vnquam coronam gloriæ.  
 Et quemadmodum mali Prælati semper attendunt, vt sibi simili-  
 bus faueant, eosque foueant: ita boni subditi nullum solent eorum  
 experiri fauorem, sed quasi contemptui habentur. Ac propterea de ip-  
 si dicit, quod laudabit & confitebitur eos in altera vita *coram Patre suo*  
*et inque Angelis:* vt sic cum patientia ferant contemptum illum, &  
 obliuionem Prælatorum: nec propterea sinant se malo eorum exem-  
 plo moueri.

VT autem adhuc ampliùs innotescat DE I nostri prouidentia in hoc  
 casu: audiamus quid de malo Prælato dicat sub nomine & figura c  
*Struthionis, qui pennas habet similes pennis herodij & accipitris, non tamen*  
*volat, neque eleuatur à terra. Estque figura Prælati hypocritæ, habentis*  
*nomen quod uiuat, & tamen est mortuus.* Et, vt Sanctus Gregorius  
 explicat, speciem habet sancti, sicut illi, qui in virtutibus altius vo-  
 lant: qui tamen semper affectibus suis adhæret rebus terrenis. Habet  
 quidem alas scientiæ & potestatis ad gubernandum: quibus tamen nun-  
 quam utitur in bonum subditorum, quasi non incumberet sibi, neque  
 ad se pertineret illorum curam gerere. Sed quid Deus sancto Iob de stru-  
 thione dixit? *quando derelinquit oua sua in terra, tu forsitan in pallore*  
*calefacies ea? Obliuiscitur quod pes conculcet ea, aut bestia agri conterat.*

b 3. Reg. 19.  
 18.

c 16. 39. 13.

lib. 31. mor.  
 cap. 6.

Dicitur



Duratur ad filios suos, quasi non sint sui. Qua similitudine significat: Prælaturam hypocritam & solo nomine Prælaturam, etiamsi filios spirituales per Baptismum generet, eos tamen deferere, & in terra relinquere in medijs magnis periculis. Nihil enim curat, quod pes alicuius peregrini, malum scilicet peccatorum exemplum, aut pes superbiam, aut effectus carnalis illos conculet; neque quod bestia campi, hoc est Dæmon, suis tentationibus eos frangat, & comminuat. Nihil enim nisi suas commoditates curat, adeoque dura viscera erga suos subditos, & spirituales filios gerit, quasi ipsius non essent, nec sibi commissi. Sed misericors Deus noster, ac sic de fertorum Pater, non obliuiscitur eorum; sed prouidentiam suam supplet negligentiam malorum Prælatorum. Quemadmodum enim tanquam author naturæ supplet naturalem struthionis defectum; & videns, quod ille non incubet suis ouis; nec ea calefaciat, aut foueat more aliarum auium: statuit vt Sol radijs suis ita ea calefaciat, vt pulli generentur: ita tanquam author gratiæ, cum illi, qui ex officio sunt spirituales Patres, non faciunt, quod facere tenentur. Erga filios suos, Sol iustitiæ celestibus suis inspirationibus eos viuificat, feruentemque facit, & ad perfectionem eleuat, ad quam sunt vocati.

DEPONANT igitur Prælati hæc struthionis viscera erga suos subditos, ne Deus de ipsis conqueratur ac dicat: *Filij Sion in luti, & amici auro primo quomodo reputati sunt in vasa testa, opus manuum figuli. Sed & lamia nudauerunt manum, lactauerunt catulos suos: filia populi mei crudelis, quasi struthio in deserto. Adhasit lingua lactentis ad palatum eius infans: paruuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis.* Partim enim ob suam pigritiam, partim vt suis delitijs attendant, negliunt prædicare, & gubernare, & sufficiens nutrimentum filijs suis præbere: etiamsi præ siti & fame periant: boni autem Prælati induunt viscera paterna erga suos subditos. Quemadmodum dicebat Apostolus: *e restis mihi est Deus, quomodo cupiam omnes vos in visceribus Iesu Christi:* hoc est, ego manens in visceribus IESU CHRISTI, ob amorem, quo illum prosequor, etiam vos amo eisdem visceribus, quibus ille vos amauit, ideoque disidero, vt & vos intra illa maneatis.

Denique cum Deus Dominus noster ex magna sua misericordia faueat bonis subditis, eisque compatiatur, cum ita opprimuntur; & quod alij detrimentum patiantur ex malo exemplo & negligentia mali Prælati: ideo eum monet, vt penitentiam agat seseque emendet: nisi enim vigilauerit, vt suum impleat officium: *veniam, inquit, ad te tanquam fur, & nescies, qua hora veniam ad te.* Et quemadmodum

depræ-

d Thren. 4.

2.

e Phil. 2.8.

deprædatur quæcunque bona inuenit: ita ego violenter & in tuum  
despectum accipiam bona, quæ in te inuenero, & in morte tua spo-  
liabote virtutibus Fidei & Spei, quæ tibi supererant; & portellæ,  
ac insignibus Pastoris, quibus ornabaris. Non enim bene conueni-  
unt, insignia tantæ autoritatis, homini tantæ improbitati dedito; nec  
relinquenda sunt illi talenta, qui ea sepeliuit neque exposuit negotiatio-  
ni; nec feram, quod oues meæ tantis incommodis afficiantur ob negli-  
gentiam improbi sui pastoris. *Ego ipse (ait Deus) visitabo super Pastorem &  
requiram gregem meum de manu eorum, & cessare faciam eos, ut ultra non pas-  
cant gregem, nec pascant amplius semet ipsos: & liberabo gregem meum de ure  
eorum: & non erit ultra eius in escam. Quasi dixerit: ob meum erga oues meam  
amorem, ita malos pastores puniam: ut auferam illis officium & vitam: ut  
boni subditi non ita opprimantur; nec mali talia exempla habeant, ex  
quibus deteriores fiant. Cum igitur hic aduentus Christi sit repente futu-  
rus: æquum est, ut negligens Prælati vigilet, & attendat sibi ac gregi suo.  
Ne euēniat ei quod Saluator noster apertius dixit exhortans nos ad vigi-  
landum, dicens: *g quod si malus seruus dixerit in corde suo: moram facit Domi-  
nus meus venire: & ceperit percutere seruos & ancillas, & edere, & bibere, &  
inebriari: veniet Dominus serui illius in die qua non sperat, & hora qua nescit; &  
diuidet eum, partemque eius cum infidelibus & hypocritis ponet: cum illis scilicet  
qui habebant nomen, quod uiuerent, & tamen mortui erant; &  
cū officio essent pastores, subditos tractabant quasi  
tyranni; aut nullam eorum curam  
gerabant.**

f *Ezech.* 34.  
10.

g *Luc.* 12.  
45.

(:)

## CAPVT XVIII.

*SEXTA EPISTOLA AD EPISCOPVM PHILADELPHIA: in qua proponuntur auxilia, quæ Christus D. N. bonis Prælati largitur, ad gubernandum & prædicandum verbum Dei fructuose; & præmia quibus eos remunerat.*



**A**UXILIA, QUÆ CHRISTVS D. N. LARGITUR BONIS PRAELATIS, vt officio suo perfecte fungantur, sunt præclare depicta in sexta Epistola, quam misit ad Episcopum Philadelp̄iæ. Quæ Ecclesia aptè appellatur Philadelphia, nam ea vox significat amorem fraternum: hic enim finis & scopus est boni Pastoris, & præcipuus fructus, quem bona sua gubernatione profert, dans operam, vt in omnibus subditis eluceat charitas, de qua Christus Domin. noster dixit: *in hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem.* Quoniam autem omnis perfectio subditorum, & Prælatorum provenit illis ab ipso Christo D. N. voluit huic Epistolæ hunc præfigere titulum: *b Hæc dicit Sanctus & verus, qui habet clauem David: qui aperit, & nemo claudit: laudit, & nemo aperit.* Quasi monens Episcopum: authorem Epistolæ esse ipsam Sanctitatem & veritatem perfectam, & fontem, ac originem eius totius, quæ in hominibus reperitur, Et eundem distribuere status, officia & talenta inter eos: eò quod habeat clauem Davidis, hoc est supremam in cælo & in terra potestatem, ad quæcunque magna aperienda in Ecclesia tam militanti, quam triumphanti. Cum autem ipse aperit vt aliqui ingrediantur: nullus potest ostium claudere; nec impedire, quod ipse vult efficaciter. Et cū ipse ostium occludit, aut illud non aperit: nullus est, qui absque ipsius auxilio illud possit aperire. Et quamuis hæc potestas in Christo D. N. sit vnica tantum clavis, quam licet appellare clauem magistræ suæ communem, eò quod omnia ostia aperiat: in hominibus tamen multæ sunt ac diuersæ quas ipse diuidit prout vult, deditque illas præcipuè Sancto Petro, eiusque successoribus Romanis Pontificibus, cum dixit Petro: *c tibi dabo clauem regni cælorum. Et quodcunque ligaueris super terram: erit ligatum & in cælis; & quodcunque solueris, erit etiam solutum,* quia tua sententia approbabitur in cælo. *Primum:* ad Christum Dominum Nostrum spectat, & pertinet clavis potestatis Regiæ, & multò magis Sacerdotalis ac Pastoralis, ad Ecclesiam gubernandam: vt constat ex verbis, quæ dixit per Isaiam, vnde hæc

a Ioann. 13.  
35.

b Apoc. 3. 7.

c Matth.  
16. 18.

d Isa. 22. 22

1

2

vide Rib-  
ram hic.

C. 3.

3

e Matt. 11.

25.

4

5

6

Job. 12. 13.

sumpta sunt : d Ego, inquit, dabo clauem domus Dauid super humerum eius : & aperiet, & non erit, qui claudat : & cludent & non erit, qui aperiat. Vbi clauem Dauidis appellat (iuxta sententiam aliquorum Doctorum) regiam Dauidis potestatem; S. Hieronymus autem & alij multi Sancti interpretantur de potestate Pontificia, ad aperiendum & claudendum templum Dei, quod Dauid cogitabat ædificare. Quam clauem promisit Deus se darum Eliacim seruo suo. Et quemadmodum Pater æternus dedit Christo Domino nostro (quem præsignificabat Eliacim) supremam hanc clauem: ita ipse eam tradit Pontificibus ac Prælati Ecclesiæ suæ: & eius uocatione & electione ingrediuntur in eam ( si, ut oportet, ingredi uelint. ) Nam, ut supra diximus, ipse est ostium, & ianitor : qui rectè uocaris aperit. Habet quoque clauem, quæ dicitur scientiæ, quæ aperit & claudit sensum Sacrarum Scripturarum, ac Diuinorum mysteriorum: quæ ipse & absente à prudentibus & sapientibus: reuelat autem paruulis, & humilibus. Clauem etiam dat iurisdictionis & potestatis ad dimittenda peccata in Sacramento Pœnitentiæ, ut supra est dictum. Et hæc est præcipua clauis, quæ aperit portas cæli. Et similiter dat potestatem ligandi Censuris, & largiendi indulgentias, & omnes alios actus faciendi Pontificum, & Piscoporum in suis officiis. Ac denique dat clauem spiritus & sanctitatis ad heroicos omnium virtutum actus exercendos in statu & officio, quod suis seruis committit. Quare tam ipsa dignitas, quam dotes ac talenta ad eam obtinendam, & ad bonum eius uisum: omnia proueniunt à Christo D. N. Et quamuis has claues det suis ministris, ut permaneant in ijs officijs: referuat tamen sibi ut præcipuum det auxilium ad bonum omnium uisum. Nam ipse habet clauem etiam cordium hominum, suisque inspirationibus ea aperit, ac disponit: ut in eis faciat quæcunque uolet. & eo fine, quo uolet. Ac propterea I O B de D E O loquens dixit: f apud ipsum est sapientia, & fortitudo; ipse habet consilium, & intelligentiam. Si destruxerit, nemo est qui ædificet: si inluserit hominem, nullus est qui aperiat: si continuerit aquas, omnia siccabuntur; & si miserit eas, subuertent terram. Sed quoniam bonorum Prælatorum diligentia plurimum iuuat in his omnibus, audiant admiranda documenta, quæ CHRISTVS DOMINVS NOSTER eis in hac Epistola proponit: quam ad SANCTVM hunc Episcopum scripsit in quo nihil inuenit reprehensione dignum. Scio, inquit, opera tua: Ecce dedi cor ante ostium apertum, quod nemo potest claudere: quia modicam habes virtutem, & seruasti uerbum meum, & non negasti nomen meum. Ecce dabo de Synagoga Sathana qui dicunt se Iudeos esse, & non sunt, sed merentur: ecce faciam illos ut ueniant, & adorent ante pedes tuos & scient: quia ego dilexi te, quoniam seruasti uerbum patientiæ meæ, & ego seruabo te ab hora tentationis, quæ uentura est in orbem uniuersum: tentare habet

LACTI

antes in terra, Ecce venio cito: tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam.

## §. I.

**I**N HAC Epistola supponit Christus D. N. ad munus Prælatorum pertinere (vt dictum est) prædicare verbum Dei efficaciter, & continuè. Et ita in consecratione Episcoporum dicitur eis: *accipe Euangelium, & vade prædica populo tibi commisso: potens est enim Deus, vt augeat tibi gratiam suam.* Et Sacrum Concilium Tridentinum eis commendat vt in Ecclesia sua ipsi per se hoc munus, quoad commodè fieri possit, exercent: eò quòd illorum sit magis proprium, quàm aliorum: cum sint Pastores, Medici, & Magistri suorum subditorum. Vt autem animum erigant, magnaq; fiducia id exequantur: dicit eis Christus Dominus Noster verba illa: *ecce dedi coram te ostium apertum, quod nemo potest claudere. quod feci clauæ Dauid, quam in meis manibus habeo, præparans ac disponens corda hominum, vt te audiant, tuamq; doctrinam recipiant; omniaq; vincas impedimenta, quæ Dæmon, mundus & caro opponunt. Quà doctrinà implere poteris liberè & magno cum fructu munus tuum. Hoc significat promissio illa quàm ad aliud propositum refert Isai. his verbis: a hac dicit Dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dextram, vt subijciam ante faciem eius gentes, & dorsa Regum vertam, & aperiam coram eo ianuas, & portæ non claudentur. Ego ante te ibo: & gloriosos terra humiliabo: portæ æreas conteram, & vinctes ferreos confringam. Et dabo tibi thesauros absconditos, & arcana secretorum: vt scias quia ego Dominus Deus Israël qui voco nomen tuum.* Quod totum efficit Deus noster per Prælatos & Prædicatores Euangelicos: quorum dextram manū tanquam instrumentum accipit ad prosperos euentus in expugnatione animarum. Ipse enim conterit & confringit portas & vinctes cordium fortiorum ac duriorum ære ac ferro in resistendo bonis consilijs. Ipse ante suos vadit milites, eos ducens, & adiutans; humilians corda arrogantia ac rebellia. Ipse thesauros aperit animarum submersarum & sepultarum in abyssu peccatorum: quas profert in lucem, vt Prælati eas accipiat ac possideat: suntq; tot mirabilia & stupenda, quæ per ipsos Deus operatur in huiusmodi conuersionibus, vt facile aduertant, non sua esse, sed æterni ipsius Dei, qui ad egregia adeò facinora eos vocauit & elegit. Qui cum aduertunt Deum se ostendere adeò propitium; & in se suscipere, vt has difficultates complanet: magnum in suis ministerijs animum recipiunt. Ac propterea Apostolus, volens Ephesi manere vsque ad Pentecostè: b ostium, inquit, mibi apertum est magnum & euidentis: & aduersarij multi. quamuis non præualebunt, vt apertum à Deo ostium occludant. Quamuis Deus velit ministros suos sese adadiuuare in hoc opere: ac propterea idem Apostolus dixit: c cum

Session 24.  
de Reform.  
c. 4.

a Isai. 45.1.

b 1. Corin.  
16.8.

c 2. Corin.  
2.12.

Vuuu 2

venissim

venissem Troadem propter Evangelium Christi, & ostium mihi apertum est in Domino, qui hominum corda disponebat: non habui requiem spiritui meo, quod non inuenerim Titum fratrem meum: cuius tamen presentia erat necessaria, ut simul in illo populo fructificarent.

QUAMOBREM aliquando Dominus noster in poenam peccatorum, secundum occulta sua iudicia, occludit hanc portam: permittens duri-  
 ciam & repugnantiam cordis in auditoribus; aut ita disponens, ut ipsi  
 Prædicatores non loquantur cum efficacitate, sed d lingua eorum adhe-  
 rescat palato, & fiat quasi muti; sicut euenit Ezechieli; aut eos auerrens,  
 ne accedant; sicut e impediebat Apostolum Paulum venire Romam; aliquan-  
 do etiam vult, ut ipsi Prælati & Prædicatores orationib. suis apud ipsum  
 contendant, ut hanc portam illis aperiat, tam ex parte audientium, quam  
 eorum, qui sunt prædicaturi. Propterea enim Apostol. Colossensibus di-  
 cebat: *orationi instate vigilantes, orantes simul & pro nobis ut Deus aperiat nobis  
 ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi, ita ut & nos cum spiritu  
 & efficacitate loquamur; & audientes verbum cum fructu recipiant: hoc  
 n. præcipue à Diuina pendet inspiratione. Quod insinuauit S. Lucas di-  
 cens cum Paulus coram magna multitudine prædicaret, & quadam muliere,  
 nomine Lydia, audiuit & credidit, cuius Dominus aperuit cor, intendere qd, quæ  
 à Paulo dicebantur. Deus enim hanc ei gratiam contulerat, ipsa que se ad e-  
 am recipiendam disposuerat: colebat enim Deum.*

SED videamus nunc, quid sit ex parte Prælatorum ac Prædicatorum,  
 cur Dominus noster hanc eis portam aperiat. Tria autem præcipua insi-  
 nuauit Christus Dominus Noster huic Episcopo. *Primum est, quia modicam  
 inquit habes virtutem, & fortitudinem: quasi dixerit: quia humilis es, &  
 agnoscis te ipsum, aduertis modicam te habere virtutem ad opus adeo  
 grande, & ad ingentes has difficultates superandas. Quoniam igitur vi-  
 deo te tibi diffidentem, & ab humanis subsidijs desertum, & potius op-  
 pugnatum ac tribulatum: totum hoc ipsum impellit me, ad ostenden-  
 dam meam omnipotentiam in aperienda tibi porta, & facilitando nego-  
 cio conuersionis animarum. Ut ex hoc intelligant Prælati, quod quæ ad mo-  
 dum ex parte sua portam occludunt fructui suorum ministrorum per su-  
 perbiam & arrogantiam, qua suis viribus & industrijs plurimum tribu-  
 unt: sic enim se indignos reddunt auxilijs gratiæ: quia non reputant gra-  
 tiam sed propriam virtutem, facultatem & industriam: ita ex parte sua  
 portam aperiant, si viribus suis diffidant: & fructum suæ gubernationis  
 ac prædicationis attribuant gratiæ Dei per ipsos operanti.*

SECUNDA causa insinuatur illis verbis: *& seruaisti verbum meum: ad-  
 implens, scilicet, præcepta & consilia mea, cum obedientia valde perfe-  
 cta. Et qui mihi obediens, mea sequitur consilia cum animi subiectione:*

d Ezech. 3.

26.

e Rom. 1. 13.

f Colof. 4. 2.

g Actuum.

16. 14.

2

sicut ipse agit iuxta meam voluntatem: ita ego, quod ipse cupit, facio: aperiens ei portas, & impedimenta remouens, ad consequendam victoriam, quam de suis hostibus obtinere desiderat: *vir enim obediens loquitur victoriam.*

TERTIA causa est: quoniam *h non negasti fidem, & nomen meum* in medijs tentationibus ac tribulationibus; sed potius *seruasti verbum sapientiae meae*, hoc est quod ego iussi de seruanda semper, & imitanda patientia mea, quam ego in meis aduersitatibus & tribulationibus seruauit, & patienter expectasti meorum promissorum executionem. Humilitas igitur, obedientia, & patientia ipsorum Praelatorum, ac Praedicatorum magna sunt motiua, & causae: cur Dominus noster eos iuuat in conuertendis peccatoribus, & subditis sibi subiiciendis in rebus omnibus, quasi ipsi praescripserint. Ac propterea addit: *ecce faciam illos, vt veniant, & adorent ante pedes tuos: & sciant, quia ego dilexi te*, vt adorent & glorificent Deum, qui stupenda adeo opera per verba & praedicationes tuas efficit. Ex quo facile intelligit: quod & ego te diligam, & propterea talia opera per te faciam. Ideoque amor hic in causa erit, cur & illi te diligant, & magno amore se tibi subijciant: quia tu quoque eos cum amore gubernas: eod quod me ames. & ego seruabo te ab hora tentationis ac tribulationis, quae exurget contra te vt fructum impediatur, quem facis. Cum autem ego tuus sim protector, non est cur timeas, aut desistas ab opere in quod incumbis. Ad quem magis confirmandum adfert duas rationes valde efficaces: Alteram, cum dicit: *ecce venio cito, tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam*, hoc est, tene fortiter bonum, quod habes; nec illud deseras ob vllam difficultatem aut tribulationem exorientem: cito enim adero, vt remunerem. Cum igitur vita futura sit breuis, & cum ea finem sit habitura tribulatio: aequum est, vt animum relumas ad firmiter in ea perdurandum. Altera ratio est, *alius accipiat coronam tuam*. nam si tu retrocedas, alium ego tuo loco substituam, qui progrediatur in opere & officio tuo: & ille praemium obtinebit, quod tibi fuissem daturus si in officio meo perseverasses. Ex quo apparet celsissimum Dei nostri, consilium in dirigendis viris valde Sanctis: ita enim magnas illorum virtutes extollit, vt simul moneat infirmitatis, & mutabilitatis, ne euanescant. Etiam si enim sint Sanctissimi, possunt in hac vita mutari, & in virtute, qua florent, deficere. Ac propterea Apostolus dixit: *i qui existimas se stare, videat ne cadat*. Ne autem existiment, quasi beneficium se conferre Deo, quod stent, & in eius obsequio perseverent: monet eos vt attendant sibi: nam deficiente vno ministro vel seruo: nouit statim alterum vocare; & vt dixit Iob: *conteret multos & innumerabiles, & stare faciet alios pro eu.*

Et quamuis Deus noster nouerit numerum electorum, & qui glo-

3  
h Prov. 21.  
28.

i 1 Cor. 10.  
12.

k Iob. 34. 14

4

Lib. de cor-  
rept. & gra-  
tia c. 13.  
12. Pet. 1. 3.

riæ coronam suis meritis debitam sint percepturi: in hac tamen vita vult  
eum esse occultum: vt omnes (quod ait Sanctus Augustinus) in timore &  
tremore viuant, nec dent aditum superbix & arrogantix: sed potius se-  
tagant (vt ait S. Petrus) vt per bona opera certam suam vocationem & electio-  
nem faciant, perseuerantes constanter & firmiter in eis.

## §. II.

**E**ODEM tendit insignis alia promissio, quam facit hic Christus, di-  
cens: qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei, & foras non  
egredietur amplius: & scribam super eum nomen Dei mei, & nomen Ciuita-  
tis Dei mei noua Ierusalem, qua descendit de celo à Deo meo, & nomen meum no-  
uum. Quæ verba quamuis intelligi possint de speciali præmio quod in æ-  
terna gloria bonis Prælati & Prædicatoribus fideliter in officijs suis ad  
mortem vsq; perseuerantibus conferetur, qui in celo honorabuntur, &  
laudabuntur ob sua bona opera, & quod fuerint columnæ Ecclesiæ mi-  
litantis; eruntque etiam quasi columnæ Ecclesiæ triumphantis, à qua nū-  
quam exhibent: quia Deus gloriatur, quod ipsius sint, & cætes cælestis Ie-  
rusalem; & Christus D. N. honori etiã sibi tribuet, quod tales habeat fra-  
tres, qui ad eum feliciter in eius obsequio laborarunt; (hoc enim significat  
quod dicit se scripturum in eis nomen suum nouum) eadem tamen ver-  
ba intelligi possunt de præmio, quod liberaliter solet Dominus noster  
conferre præclaris Sanctis, cum insignes aliquas victorias de spirituali-  
bus suis hostibus reportarunt; aut confirmando eos in sua gratia; aut spe-  
cialem aliquam fortitudinem & firmitatem largiendo, ad perseuerandũ  
vsque ad mortem: ita vt sint veræ columnæ Ecclesiæ, quæ multos alios  
in fide & charitate sustentent & confirment, eum in modum, quo S. Paul.  
a S. Petrum & Iacobum & Ioannem columnas appellauit. Atq; ita S. Gregori-  
us ait eum, qui firmus stat in opere Dei cum intentione recta, esse quasi  
columnam in spiritali Ecclesiæ fabrica, & in medio eius positum vilita-  
tatem, ornamentum & splendorem ei adferre. Et Richardus de Sancto  
Victore addit: vincentem facit Deus quasi columnam firmam propter fi-  
dem; rectam propter iustitiam; erectam propter intentionem; excelsum  
propter contemplationem; & constantem ad alios sustentandos verbo  
prædicationis, suffragio orationis, & actionis exemplo. Sed quoniã Chri-  
stus D. N. in hac promissione videtur alludere ad solemnes illas duas co-  
lumnas, quæ erant in templo Salomonis: ex insigni earum artificio & cõ-  
structione deducere licet huius promissionis amplitudinem, in fauorem  
Prælatorum Ecclesiæ ijs suppositis, quæ in secundo Tomo de his colum-  
nis

a Gal. 2. 9.  
Lib. 1. mo-  
ral. c. 14.  
Inc. 2. Apo.

”  
”  
”  
”



nis dicta fuerunt. Nam *primū* columnæ erant duæ omnino similes; altera tamen erat ad manum dextram, & vocabatur *b Iachin*, quod significat *firmitate fundatum*. altera ad sinistram, quæ vocabatur *Booz*, quod significat in quo est fortitudo. *PRIMA* significat Summos Pontifices *SANCTI PETRI* Successores, qui dextram manum occupant, & primatum super totam Ecclesiam vniuersalem habent cum maiori auctoritate ac potestate, quam reliqui Episcopi, sunt quæ columna ab ipso *CHRISTO* fabricatæ, ita solidè ac firmiter; vt dixerit *SANCTO PETRO*, & in eo omnibus eius successoribus: *ctus Petrus, & super hanc petram adificabo Ecclesiam meam, & porta inferi non praualebit aduersus eam.* Quia nunquam deficiet fides & confessio *SANCTI PETRI* quam confitentur eius Successores, quibus data est infallibilis auctoritas ad eam defendendam, sustentandam, & confirmandam, ita vt non possint eam deiicere omnes astutiæ, & argumenta Hæreticorum; nec furiosæ Tyrannorum persecutiones; neque omnis dæmonum potestas: *Altera* columna ad manum sinistra huic similis, sed loco inferior priori, significat reliquos Episcopos ac Prælatos, qui conueniunt in Conciliis; qui tamen vniti & coniuncti esse debent cum suo capite visibili, Romano Pontifici; & ita sunt firmi ac fortes in Fide, & Religione Christiana: vt nulla potestas in terra possit contra illos præualere. Ac propterea Apostolus d *Ecclesiam vocauit columnam & firmamentum veritatis.* Et vnusquisque Episcopus ac Prælatos modo suo, si perfectionem habeat status sui propriam; est quasi columna Ecclesiæ suæ particularis, cum magna firmitate, & fortitudine, ad eam sustentandam, & in fide ac Religione: quam profiteretur, tuendam. Et quoniam harum columnarum firmitas nititur doctrinæ Sanctorum, quatuor Euangiliorum, quam prædicarunt & exposuerunt duodecim Apostoli, & legitimi eorum Successores: idè e *columna vnus profectio erat quatuor digitorum; latitudo verò duodecim cubitorum; & intrinsecus caua erat.* Vt omnes Prælati intelligant, quod si interiora, quæ ex seipsis habent, inspiciant, sint homines inanes & vacui, sicut cæteri. Et super hanc sui nihil cognitionem debent suam firmitatem fundare, & agnoscere eam non suam esse, sed Dei: qui (vt ait Iob) *f appendit terram;* quæ res est totius mundi firmissima *super nihilum:* quia Iesus omnipotentia illam cōseruat, cum quo si conferantur omnes potestates creatæ *g quasi nihilum & mane reputantur.* Quod si *DEVS* vt ait Dauid) non *confirmaret has columnas:* quocumque adueniente terræ motu, omnia ruerent. Ac propterea Sanctus Augustinus dixit duodecim Apostolos in nocte passionis defecisse, vt animaduertent, quod ex seipsis inanes & vacui essent, ac mutabiles. Qui tamen fuerunt post resurrectionem confortati: vt agnosceret firmitatem suam à diuina gratia prouenire. Et propter eandem causam vacu

capi-

Tract. 3. c. 1.  
b 3. Reg. 7.  
15. 21.  
2. Par. 3. 17.

Iere. 52. 21.

c Matth. 16  
18.

d 1. Tim. 3.  
15.

e Ier. 52. 21.

f Iob 26. 7.  
Isai. 40. 17  
g Psal. 74.  
In hunc Ps.

capitella columnarum: quæ significabant diuersitatem gratiarum, ac ministeriorum, ac operum his statibus annexorum, vt intelligeretur, quod omnia inniti debeant huic humilitati, vt omnis eorum pulchritudo & amplitudo firma sit in Deo, à quo procedunt: quamuis subiectum, in quo recipiuntur, vacuum sit & inane.

3  
1 Reg. 7.  
17.

QVEMADMODVM autem ista i capitella quibusdam funiculis siue fascijs quasi in modum retis & catenarum sibi inuicem miro opere contextarunt, septies cingebantur; & in partibus vacuis erant centum malograna: c, & totidem externus: ita intelligant Prælati, vt suo officio bene fungantur, debere ipsos habere varias gratias ac virtutes, quasi colligentes in se (vt supra dicebamus) quæ sparsim inter fideles habentur; & operam dare, vt in omnigenere Sanctorum operum, interiorum & exteriorum sint eminentes, ad gloriam ipsius Dei, & Ecclesiæ adificationem, & subditorum utilitatem. Ita vt cuius externo operi correspondeat aliud interius ei proportionatum: & illud interius non ibi tantum sit, sed et erumpat exterius in bonum aliorum. Et quamuis: *k tunica summi Sacerdotis* antiqui ad similitudinem, quæ est terræ proxima, habebat septuaginta male punica pendentia: hic tamen in capitello supra columnam erat t lucenta, ad significandum, quod omnia opera Prælatorum debeant esse perfecta cum varietate effectuum, quos plurima malogranati grana significant. Hoc tamen discrimine, quod charitatis & misericordiæ corporalis opera, quæ ex se sunt inferiora, & exercentur in subleuandis necessitatibus corporis, visitando scilicet infirmos, nudos vestiendo, & alia similia faciendo: debent esse numero pauciora. Spirituali autem opera, quæ sunt ex se altiora, docendo scilicet consulendo, & corrigendo, & similia alia: debent esse plura numero, eò quod sint magnis propria Prælatorum: quorum gubernatio præcipua est animarum ad quas respiciunt, cum corporibus consulunt ac prospiciunt.

4  
1 Cant. 21.

AD HÆC, capitella in extrema parte habebant lilia, quæ significabant clarissima præmia, & coronas iis paratas, qui sunt Ecclesiæ columnæ: & fruuntur contemplatione & vnione amoris cum illo Domino, qui vocatur: *lilium* quod habet quinque folia candidissima & pulcherrima, & quinque alios flosculos in medio illorum, quæ significant præcipua diuinitatis huius Domini attributa, quinque positiua, vt vocant; quæ magis eminent, & voluntatem alliciunt: sapientia scilicet eius omnipotentia, charitas, Misericordia & Iustitia; & alia quinque, quæ appellantur Negatiua, occultiora & reconditoria: quod scilicet sit æternus, immensus, infinitus, incomprehensibilis & ineffabilis; & visio harum diuinarum perfectionum, & amor & gaudium, quod oritur ex illa visione: est beatitudo Sanctorum. Et ex his fragrantissimis floribus corona textitur, qua re-

munerantur eorum industriæ ac labores.

HÆ sunt columnæ, quas diuinus noster Salomon posuit ad ostium templi Ecclesiæ suæ, vt omnes fideles illas aspicientes discant, & imitentur præclara exempla quæ in Sanctis suis Prælati videbunt; & eisdem roborentur & confirmentur in studio virtutum. In quem finem scribit Christus Dominus noster super has columnas tria nomina, quorū in hac Epistola meminit: *nomen scilicet Dei; & nomen suum nouum Iesu; & nomen nouæ Ciuitatis Ierusalem*: vt Prælati intelligant quod habere debeant in corde, & vita sua impressum sanctum Dei nomen, cuiusque diuinas perfectiones: ipsis enim præcipuè dicitur. *in Sancti eritis: quoniam ego Sanctus sum, & n estote perfecti, sicut & Pater vester cælestis perfectus est.* Nomen quoque *nouum Iesu* in seipis impressum gestare debent, renouantes seipos ad imitationem huius Domini: cum tanta virtutum eius similitudine, vt in eis eluceat salus & sanctitas ab eodem Domino in mundum allata. Ac denique gestare debent nomen cælestis Ierusalem, quasi iam essent Ciues eius: imitantes beatos, qui in illa sunt, facientes voluntatem Diuinam in terra, sicut illi eam faciunt in cælo. Et hunc in modū proponentes se in exemplum suis subditis, dicent eis quod Apostolus dicebat: *o imitatores mei estote sicut & ego Christi.* Qui, vt loco superius allegato diximus, est forma, in qua formatur fabrica harum columnarum, quæ erant ex ære fusæ, Ad eius enim imitationem facturi sunt Prælati omnia sua opera, & ministeria, sequentes quàm possint perfectissimè heroicæ eius virtutes.

(. .)



mt. Petr. 1.  
16.  
n Matth. 5.  
48.

ol. Cor. 1.1.

## CAPVT XIX.

SEPTIMA EPISTOLA AD EPSCOPVM LA-  
odicia, aduersus Prælatos tepidos, & illusos in sua guber-  
natione; & ratio eos corri-  
gendi.

a Apoc. 3. 14

RAELATIS QUORVM IN CAPITE V-  
decimo meminimus affines sunt alij aliquanto etiam pe-  
iores illis, qualis erat Episcopus Laodiciae: ad quem Chri-  
stus D. N. septimam misit Epistolam, cuius exordium  
est: a hec dicit: Amen, testis fidelis & verus, qui est principum  
creatura Dei. Anima scilicet sanctificata vera ac peccata  
& sanctitate pergit: Scio opera tua: quia neque frigidus es,  
neque calidus: vtinam frigidus esses, aut calidus: sed quia tepidus es, & neque frigi-  
dus, nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo, quia dicit: quod diuus sum &  
locupletatus, & nullius egeo: & nescis, quia tu es miser, miserabilis, & pauper,  
cacus, & nudus. Suadeo tibi emere a me aurum ignitum probatum, vt lo-  
cuples fias, & vestimentis albis induaris, & non appareat confusio nuditati tuae,  
& collyrio inunge oculos tuos, vt videas. Hæc Christus Dominus illo E-  
piscopo. In quibus distinguit tria hominum genera in Ecclesia, Re-  
ligionibus, & in omnibus statibus. Quorum quosdam vocat frigi-  
dos, alios calidos, alios tepidos: qui quodammodo peiores censentur  
frigidis. Vt autem præmittamus, quæ sunt magis clara & expedita:  
frigidi appellantur, qui & mali sunt, & tales se esse agnoscunt: non  
enim ita sunt cæci, quin oculos habeant, ad peccata sua cognoscenda.  
Calidi autem sunt iusti, qui in suis actionibus rectâ intentione tendunt,  
vt Deo placeant; & student eum cum vera charitate diligere. Tepidi au-  
tem sunt, qui habent aliquid de vtrisque. Nam in rei veritate sunt magis  
peccatores, se tamen reputant iustos. Ita enim superbia eos excecavit, vt  
non se agnoscant; & per eam Dæmon illos tenet illusos, ac deceptos.  
Cumque valde ineptè officio suo fungantur, existimant optime se illud  
obire. Ac propterea peiores sunt frigidis: quia in maiori periculo versan-  
tur, & magis ad perditionem accedunt. Qui enim se existimat infirmum,  
quærit medicum, & applicat medicamenta vt sanitati restituantur.  
Qui autem ægrotus est, sed sanum se reputat: non cogitat de reme-  
dio adhibendo: ideoque dum non cogitat, incidet in mortem.

Talis

Talis autem erat hic EPISCOPVS (vt ait SANCTVS GREGORIVS & alij Sancti) qui se existimabat diuitem in virtutibus, de quibus se arroganter iactabat: CHRISTVS tamen eum appellat *pauperem*, eò quòd careret diuitijs spiritualibus: *cacum* quòd suam paupertatem non agnosceret: & *nudum*, quòd charitatis vestem amisisset. Et quòd peius erat, nesciebat se illam amisisse. Et quemadmodum tepida aqua stomachum ad vomitum prouocat: ita hic modus tepiditatis prouocat DOMINVM NOSTRVM, vt tales euomat, & reiiciat à se. Quamuis, vt est miserors, id non faciat vno tractu, sed primùm incipit quasi cui conuulsione quadam turbatur stomachus; & anxiatur, illos intus retinendo. Et ita eis aliquas desertiones, & afflictiones immittit, & vt sensim in maiora peccata labantur: vt ex huiusmodi grauioribus malis sese peccatores agnoscant & humiliant. Quòd vbi videt non prodesse: solet eos omnino euomere, & separare à corpore mystico Ecclesiae suae, sicut facit in hora mortis eorum. Qui tepiditatis modus etli omnibus Christianis sit periculosus: multo tamen periculosior est EPISCOPIS, ac Prælati, & habentibus statum aliquem excelsores: si enim semel excæcantur superbia: pauci sunt, qui audeant eos monere, & eorum deceptionem illis detegere: ac proinde, quasi tutiores, in suis vitijs & negligentijs persistant: nisi Deus illustratione sua benignè eos moneat sui periculi, sicut fecit cum hoc Episcopo.

ALIVS est modus tepiditatis ferè similis iam posito: ita vt frigidum appellemus quemcunque existentem in peccato mortali; calidum autem, iustum feruentem in diuino obsequio; tepidum verò, iustum; qui cum sit in statu gratiae, caret tamen feruore charitatis. Sed vt SANCTVS GREGORIVS aduertit: est quidam tepidus, qui ex frigore ascendit sensim ad statum caloris; & qui erat improbus, incipit, & sensim pergit, vt fiat bonus ac feruens: quamuis adhuc non attigerit. Et hic status non est perniciosus: cum spes sit obtinendi quòd querit, & perueniendi quòd tendit. Alius est tepidus, qui ex calore sensim descendit ad frigus: quia cum esset bonus, sensim labitur in aliquos defectus, qui eum disponunt ad amittendam charitatem. Et hic status est valde periculosus. Nam si semel DOMINVS NOSTER eum à se projiciat, permittens eum grauius aliquoties labi, difficilius (ait CASSIANVS) redit ad statum pristinum: sicut homo id, quòd nausea compellente projicit, odibilis detestatur: vt non solum labijs admouere non velit; sed etiam eminus intueri

Lib. 4.  
Moral. c. 2.  
S. Amb. in  
Psal. 118.  
Orig. Ho-  
mil. in Ps. 28  
S. Tho. q. 3.  
de malo. a.  
1. 34. 9.

3. p. Pastor.  
admonit. 35

Collat. 4. c.  
19.

sine ingenti horrore non possit. Multò tamen periculosior ille est status cum tepiditas ipsa latet, & tepidus eam non agnoscit, nec talem se esse putat. Is enim non aduertens eo deuenit, vt etiã amissa charitate, adhuc se iustum reputet; nec cogitet de lethali morbo, quo affectus est, & quem non nouit remedio aliquo repellendo. Et de his dixit Ecclesiastes: *b* *aliquos impios, qui ita securi sunt, quasi iustorum facta habeant.* Existimant enim opera sua esse bona: quia eorum cæcitas hanc eis adfert falsam securitatem. Et hæc tepiditas est etiam multò perniciosior in Prælato: qui neque est qui illum moneat, aut stimulet. Quid si excæcatus est à superbia: quomodo poterit esse dux aliorum? Quomodo aliorum defectus agnosceret, aut eos poterit cum fructu reprehendere? Dicit enim ei Saluator: *c* *hypocrita, eijce primùm trabem de oculo tuo: & tunc videbis eijcere festucam de oculo fratris tui.* Trabs in oculo (ait S. Bernardus) est superbia cæca, quæ in Prælato prædominatur. Appellatur autem hypocrita: quia ostendit se habere, quod non habet; & videtur videre, cum sit cæcus. Quare nisi illam amoueat trabem, malè poterit videre; & subditorum peccata corrigere, quæ sunt quasi festucæ, si cum ipsius peccatis conferantur.

## § I.

**A**D HÆC damna & pericula præuenienda valde aptum est documentum & consilium Christi D. N. huic Episcopo propositum, cum dixit: *a* *suadeo tibi, emere à me aurum ignitum, probatur vt locuples fias.* Vtitur autem verbo, *suadeo*, cum potuerit dicere: *iubeo*, vt superbus Prælatus discat modestiam, qua debeat agere cum suis subditis, præcipiè senioribus: cum videat se ita à Christo ipso tractari. Quemadmodum S. Paulus dixit Philemoni: *b* *quamuis multam fiduciam habeam in Christo Iesu imperandi tibi, quod ad rem pertinet: propter charitatem tamen magis obsecro.* Sic enim plus obligant subditos, vt ipsis se subijciant & obediant. Idem etiam verbum *suadeo* insinuat: quando subditi aliqua deceptione laborant, sicut hic Episcopus: non expedire rem ipsam nudè præcipere: difficile enim iudicium proprium subijciant, & potius resistent præcipienti. Ac proinde expedit bonis rationibus capaces eos reddere, & suadere, quod expediat illis id facere, quod proponitur. Cum enim intellectus sit capax ac deponit suam deceptionem: facilius voluntatè allicit, & impellit ad eequendum quod iubetur. Et hoc facit Dominus noster internis suis illustrationibus & inspirationibus: quæ primùm solent intellectum commouere, vt capiat & approbet bonum, quod ei ostenditur, & tunc voluntatem etiam permouent, ad idem amandum, & efficaciter amplectendum.

**Q**UOD autem tepido huic Episcopo suadet, est: vt ab ipso emat aurum charitatis, quæ illi deerat. Quænis enim c *gratia* & charitas, gratias & ab illi propriis meritis homini dentur: propterea enim appellatur gratia,

*b* Eccles. 8.  
14.

*c* Matth.  
7.5.

*a* Apoc. 3.18

*b* Ad Phil.  
lem. 8.

*c* Rom. 11.6.

vt dixit Apostolus: tepido autem dicitur, vt illam emat, deponendo tepiditatem; & vt intelligat: aliquid ipsi esse faciendum ex parte sua, vt ad gratiam recipiendam disponatur. d. *Quae dispositio coniuncta meritis Christi erit pretium, quo illa comparatur: non ex eo quod habet ex parte nostra; sed ex eo, quod ibi est ex meritis: & e pretio sanguinis Iesu Christi: quod est ingens e precium quo fuimus redempti, nobisque comparauit gratiam & charitatem quibus iustificamur.* Ad hæc cum tepidi amiserint sitim ac desiderium bonorum spiritualium, & profectus in eis: suadet vt illa comparent precio desiderij ac sitis ea obtinendi. Ad eod. enim Deus noster propendet ad sua dona largienda: vt reputet pretium eorum desiderium & preces & orationes. quas ad ea impetranda multiplicamus. Et hoc modo explicat S. Gregorius Nazianzenus illud Isaïæ: *f omnes sitientes venite ad aquas: & qui non habetis argentum properate, emite, & comedite: venite, emite absque argento, & absque vlla commutatione vinum & lac.* O diuinæ liberalitatis celsitudinem! Bonum hoc, inquit, etsi ad eod. sit magnum: proponitur tamen tibi quasi venale, vt illud compares precio tantum voluntatis. Appetitionem ipsam Deus argenti precij loco habet: sitit sitiri, bibere cupientibus, potum præbet: cum à Deo beneficium petitur, beneficio ducit; iacundius dat, quam alij accipiunt. Ac propterea desiderium beneficiorum eius pro precio eorum accipit, quo illa quodammodo soluimus.

NON tamen satis sibi esse reputat Deus, quod dixerit huic EPISCOPO: *eme à me aurum, sed addit auri præstantiam, cum dicit: ignitum & probatum.* quo docere eum voluit, charitatem Praelatorum debere esse valde perfectâ; & ad instar ignis duas conditiones habere, vt semper scilicet in sum tendat, & comburat, & in se conuertat quicquid ad ipsum accedit. Semper enim feruere debet desiderio proficiendi, & ascendendi ad contemplationem, & amorem rerum cœlestium; & studendi accedere & inflammare subditos suos hoc igne, vt & illi hoc amore ardeant. Sed quoniam in feruore toler esse deceptio, addit. *probatum*, studendo (vt dixit APOSTOLVS) *exhibere se ipsum in omnibus sicut Dei ministrum in charitate non ficta, sed pura absque finis alicuius terreni admixtione.* Denique idem est dicere, vt emat aurum ignitum & probatum, atque dicere, vt contendat esse quasi vnus ex Seraphinis: quorum qualitates superius retulimus. Hac charitate sibi comparata, Praelatus, qui diuitem se existimabat, cum esset verè pauper, euadet verè diues, & obtinebit vestimenta candida & pretiosa reliquarum virtutum ac donorum, charitatem ipsam comitantium: quibus præteritam operiens nuditatem, remanebit pulcher, & splendidus exercitio sanctorum operum. Si enim in Pontifica-

de. 3. 24.

c. 1. Petri.  
1. 18.  
c. 1. Corin.  
6. 20.Orati. in S.  
Baptis.  
Isai. 55. 1.g 2. Corin.  
6. 4.C 6. &  
Tract. 3 c. 2.

libus celebraturus diuina mysteria, corpus induit pretiosis ac splendidis vestibus: multò magis erit rationi consentaneum, vt pretiosis hinc virtutum vestimentis exornet animam: vt ita Dei oculis placeat, & hominibus, bona eius opera cernentibus.

4  
i. Pars. Pa-  
stor. c. 11.

DE NIQVE iubet Christus Episcopum *collyrio inungere oculos, vt videat*, & ita curetur à cæcitate, qua laborat. Collyrium hoc air SANCTVS GREGORIVS esse meditationem verborum Dei, & executione operum, ad que illa instigent, & nominatim ad mortificationem passionum. Attenta enim hæc consideratio, instituta purâ intentione ac desiderio inueniendi veritatem, quæ ad proprium remedium maxime confert: illustrat oculos animæ, vt videat ac penetret, quod antea tanquam cæcus videre non poterat. Primum enim deprehendit suam paupertatem, nuditatem, ac miseriam; & agnoscit cæcitate, qua laborabat; afficitur pudore, atque ideò sese demittit & humiliat. Ac propterea dixit RUPERTVS: humilitatem esse collyrium quod remouet nubeculas ex oculis, sicut h lutum quo Christus Dominus noster visum reddidit cæco nato.

in c. 3 Apoc.

h. Ioan. 9. 6.

i Tobie 11  
13.

Additque idem RICHARDVS: collyrium esse amaritudinem & hietum pœnitentiæ, quæ lacrymis purgat humorem peccatorum, ac passionem, reddiditque oculos claros ac perspicuos sicut i felilius piscis, quo Tobias leniuit oculos Patris sui, & eius cæcitas fuit curata. Sed tam humilitas, quàm pœnitentia oriuntur ex meditatione ignem hunc excitante, & nominatim cognitionis sui ipsius, & Christi Redemptoris nostri, & laborum ac cruciatuum, quos in sua passione pro nostris peccatis sustinuit. Cuius fel & acetum, & reliquæ acerbitates si per meditationem applicentur oculis spiritus, illos clarificant, & ab eis remouent trabem superbiæ & vanitatis tumorem: quia adferunt pudorem ob præcedentem tepiditatem; & maiorem addunt animum, adferuenter in posterum agendum. Propterea enim Propheta nomine huius Domini dixit: k recordare paupertatis, & transgressionis meæ, absint hij & fellis, & mox responder: memoria memor ero, & tabesceat in me anima mea, hæc recolens in corde meo. Ideo sperabo, in Deum meum, à quo veniet mihi auxilium.

k Thren. 3.  
19.

## § II.

5  
S E D ne silentio prætereamus admirandum modum corripitios ditrepidus, & alios peccatores, quem CHRISTVS DOMINVS NOSTER hoc loco nos docuit. Primum enim aperuit huic EPISCOPO eius defectus distinctè & ordine suo, dicens ei quàm falsam de se haberet opinionem, cum existimaret



se diuitem esse, cū reuera pauper esset, miser, nudus, ac cæcus. Et mox applicare cepit blandè & suauiter remedia, eius infirmitati accommodata. Nam contra paupertatem inuitat eum, vt aurum ab ipso petat; contra tepiditatis miseriam, inuitat illum ardore ignis & feruoris; contra nuditatem, offert illi vestimenta candida; & contra cæcitatem, suadet collyrio optimo uti. Vt ex hoc Prælati discant modum, quo subditorum suorum vitia curent, eosque cortigant. *Primum*, instar peritorum Medicorum curent morbos, eorumque radices benè agnoscere: & mox eas aperiant infirmo, vt in eo excitetur desiderium sanitatis, ad id eum suauiter allicendo: morbi enim spiritus, nisi voluntate & consensu peccatoris curari non possunt. Idè enim dixit Sanctus Augustinus: *qui creauit te sine te, non sanctificabit te sine te*. Postea applicanda sunt medicamenta restituendæ sanitati accommodata: alioquin non erunt ad rem: collyrium enim, quod est oculorum medicamentum, non erit vni ad morbum auxilium. Ac propterea dicit SANCTVS BASILIYVS: Prælatus & Superiorem debere esse sicut medicum, & infirmarium: qui multis vulneratis medentur, & ipsa vlcera expurgant: & pro natura vniuersusque mali, remedia eis adhibent accommodata. Vt autem infirmus oblatum remedium, etiamsi acerbum, libenter accipiet: oportet ei persuadere: quòd merè applicetur ob ipsius sancti aatem, & vtilitatem; nullo autem modo ex aliquo odio, aut animi auersione.

Et hoc est *Sextum*, quod CHRISTVS DOMINVS NOSTER huic Episcopo dixit illis verbis: a *Ego quos amo, arguo, & castigo*, quasi diceres: quæcunque tibi dico, quod te exhortor, quod minor, & penæ ac molestiæ, quas in tuis socijs animaduertis, credas omnia oriri ex amore, quo te & illos prosequor. Desidero enim vestrum bonum, & vt tandem finem consequamini ad quem vos creauit, & redemi. Quos verò odi; ac propter eorum peccata deserere volo, eos tanquam desperatos ægrotos relinquo, & potius illis dico, quod olim dixeram Israeli: b *non irascar amplius contra te, auferetur Zelus meus à te*. c *Populus meus non audiuit vocem meam: & Israël non intendit mihi*. Et ideo dimisi eos: secundum desideria cordis eorum, & ita ibunt in adinventionibus suis, d *quia tradidit illos Deus in reprobum sensum*.

POSTEA tamen omnia simul luent, quæ suis peccatis sunt promeriti. Quos tamen amore paterno diligo, reprehendo eorū vitia, eosque arguo vt erroris eos conuincā; & temporalibus malis afficiā: vt sic disponantur ad

recipi-

Serm. 15. de  
verb. Apost.

Regula. 30.

a Apoc. 3. 19

b Ezech.  
16. 42.  
c Psal. 80. 12  
d Rom. 1. 28

recipienda spiritualia, quibus carent. His oculis & hoc spiritu respiciunt sancti reprehensiones & pœnas, quas mittit illis Deus. Et aduentes eas prouenire ab amore ipsius, & in bonum proprium; non solum non indignantur, sed etiam eas desiderant, dicentes cum sancto Iob: *e Quis datur mihi, ut quis capiat, ipse me conterat: soluat manum suam & succidat me?* Nam (ut S. Gregorius explicat) cū Creator noster nō in eo ostendit suum erga nos amorem, quod aduersa nobis mittat: est quasi manum haberet ligatā ad vitia nostra puniēda: tunc autem manum suam soluit, cū facit, quod in nostrum bonum dēsiderat. Ac propterea Sanctus Iob addidit: *haec mihi sit consolatio ut affligens me dolore, non parcat.* Quasi dixerit: quia parcat aliquibus in hac vita, ut eos puniat in futura: opto ego, ut me hic puniat ac premat, ut in æternū parcat. Ex quo etiā discere possunt Prælati: quantā curā adhibere debeant & cautelā, ut subditi intelligant: ipsorum reprehensiones, & castigationes non otiri ex vindicta: sed ex charitate & amore quo illos prosequuntur: quasi parentes qui filios castigant, sicut Apostolus ait Deū facere: *f quem enim diligit Dominus castigat: flagellat autem omnem filium quem recipit.*

e Iob. 6. 9  
Lib. 7. Moral. c. 7.

f Heb. 12. 13

7

SE D vltterius progrediuntur monita Saluatoris datū Episcopo huic tepido, cū dicit. *emulare*: quo verbo aliud etiam remedium contra tepiditatem accommodatum applicat. Nec tamen exprimit materiam emulationis: ut sic intelligat eam debere esse generalem, ad ea omnia, quæ sunt perfecta eius materia. Primum igitur emulare debet, magnitudinēque zelum adhibere, ut ex malo suo statu ac tepiditate recedens, in virtutibus proficiat: cōtendendo semper excellentiores acquirere. Quemadmodum dixit Apostolus: *g emulamini charismata meliora.* Et adhuc excellentiorem viam vobis demonstro, scilicet feruentis charitatis: cuius rei causā Christus D. premiserat, ut Episcopus hic emeret ab ipso aurum optimum signatum & probatum, & indueret vestimenta, non qualiacunque sed valde candida & preciosa. Deinde emulari debet Sanctos feruentes: imitando eos, ut idem Apostolus dixit: *h in bono semper*; feruore, quem illi habent. Ac propterea Christus inter epistolas, quas scripsit ad tepidos, etiam inseruit, quas dedit ad feruentes: ut sanctam concipiant iuuiam virtutum eorum, & gratiarum ac fauorum ipsius Dei, quos propter illas ab eo accipiunt. Tertio habere debet zelum boni, & vtilitatis suorum subditorum, se ipsum excitans, ad eam procurandam omnibus quibus poterit modis. Cum enim incumbat ipsi cura aliorum: nō satis est, quod proprium tantum bonum zelet, nisi etiam attendat ac zelet aliorum bonū. Qui igitur in vtroque fuit tepidus, debet in vtroque esse feruens. Ac denique exhortatur ad zelū & emulationē in applicandis remediis, & cōsiliis amplectendis, quæ illi tradidit. Quasi dixerit: ne in tua tepiditate persistas, expectas

g 1. Cor. 12. 31

h Gr. 4. 18.

vt te omnino euomam ex ore meo; sed concipe sanctum quoddam odium contra te ipsum, & vitia tua; & manum statim admoue ad ea abijcienda.

SED quoniam malorum nostrorum remedium incipit à pœnitentia: addit octauum documentum: *age pœnitentiam*, & non qualemcunque, sed perfectam magno zelo contra peccata tua: procurando, vt Contritio, Confessio, & Satisfactio sit ex omni parte plena. Ne autem spem amitteret veniam obtinendi ob multitudinem suorum peccatorum; aut præterderet excusationem, quasi non sufficerent ipsi vires ad pœnitentiam agendam, simul addit: *Ecce sto ad ostium & pulso, si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum.* quasi illi dixerit: etsi tu me ex corde & anima tua expuleris: sum tamen ego ad eò bonus, vt optem ad eam redire. quare scito, me ad ostium esse, meisque inspirationibus pulsare, monendo, & prouocando te, vt de improba tua vita doleas, ac de emendanda, & perficienda cogites. Itaque non ego ex parte mea deero, quin per gratiam & charitatem meam ingrediatur animam tuam: siquidem præuenio te, & moneo, ac peto, vt mihi aperias, & assensaris ei, quod meæ inspirationis vox tibi insinuat. Quod si mihi aperueris, non solum te non euomam aut reijciam à me: sed potius assidebo tecum ad cœnam, sicut solet aliquis amicus cum adtero assidere. Ego cœnabo tecum, & tu mecum: ego affectus tuos contritionis, & bona proposita, actusque amoris tui comedam: quos mihi offeres, teque immittam in viscera mea, vt mecum sis per gratiam, & charitatem vnitus intima amoris vnitione: tu autem comedes dulcedines & fauores quos tibi proponam & exhibebo cum magna tranquillitate & securitate tuæ conscientia, quam post feruentem pœnitentiam senties. Hoc autem conuiuium non prandium appellauit, sed *cœnam*: quæ fit nocte: cum solet hospes in hospitio pernoctare. Vt intelligat, quòd, quantum in se est ita animam ingrediatur, vt desideret in ea permanere toto tempore huius vitæ; & postea eandem admittere ad cœnam æternæ gloriæ. Iuxta illud quod ipse dixit suis Discipulis: quod *in æternum, Pater alium Paracletum daturus esset eis, vt maneret cum eis in æternum.* In quo ostendit infinitam suam charitatem erga peccatores; quibus (vt primo Tomo est dictum) spem facit, quòd eorum peccata non poterunt impedire, quò minus ipse arctam cum eis familiaritatem ineat.

Ex his discere etiam debent Prælati modum corrigendi, & puniendi reos: concludentes scilicet reprehensionem cum spe veniæ, ac significantes: quod si se emendauerint, licebit eis ad antiquum locum & honorem redire. Sunt enim aliqui ad eò pusillanimes; vt existiment: si semel in grauem aliquam culpam lapsi fuerint; ac propterea opinionem apud supe-

1 Ioan. 4.  
16.  
Tract. 1. c.  
18. §. 36

riores amiserint: se nunquam amplius eandem recuperaturos, quæ occasio esse potest vt in extremam deueniant desperationem, & sic omnino pereant. Quare si Prælati verbis suis, & modo agendi huius cogitationis & persuasionis occasionem præberent, essent verè rei coram Deo, & crudeles in suos subditos: quorum peccata facerent apud se quasi irremissibilia, & lapsus ipsos irreparabiles. Cum autem in oculis Dei non sint peccata talia: æquum est, vt nec Prælati ostendant in suis esse talia. Et tali modo reprehendant, puniantque reos, etiam dignos, qui omnino euomantur, & ex tali communitate pellantur: vt non eos in desperationem adducant, & ipsimet nouam præbeant occasionem, vt citius euomantur: sed potius cū reprehensione spem coniungant veniæ: certos illos reddendo, quòd si veram egerint pœnitentiam, & vitam emendauerint, admittendi sint ad pristinam suam dignitatem: sicut filius prodigus fuit à suo parente exceptus, & in locum suum restitutus. Et sicut hic Episcopus ad eò blandè & suauiter inuitatus est, & rogatus, vt ad mentem rediens pœnitentiam ageret: nam Christus ostendebat se paratum ad illum intrare, & cum illo cœnare.

IO

DE NI QVE Epistolam suam Christus concludit, dicens: qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut & ego vici, & sedi cum Patre meo in throno eius. Quibus verbis omnibus loquitur, & animum addit peccatoribus: nullus, inquit, propterea animum abijciat, quod fuerit victus à Demone, & carne sua: sed redeat iterum ad pugnam contra hostes suos: si enim eos vicerit, & constans in victoria fuerit: sedem ego illi in regno meo dabo, vt mecum regnet, sicut ego regno cum Patre meo: eò quòd in hac vita pugnans hostes vicerim. Et quemadmodum dixi, quod qui vicerit, k edet ac bibet super mensam meam in regno meo, & vescetur eiusdem cibus quibus ego, clara scilicet & aperta visione Diuinitatis meæ: ita etiam promittit, quod ponam illum in eodem throno, daboque illi, vt fruatur diuitijs ac thesauris regni, quod ego possideo: vt qui imitatus est me in pugna & victoria: particeps quoque sit gloriæ meæ in æternum, Amen.

k Luc. 22.  
29.

(..)



CAPVT. XX

*SVMMARIVM QVODDAM OMNIVM QVAE  
ad perfectum Prælatum pertinent, desumptum ex ijs quæ in hoc  
tractatu sunt dicta, ex similitudine Seraphinorum  
quos vidit Isaias cum sex  
alijs.*



T. FINEM TANDEM HVIC TRACTATVI  
IMPONAMVS. deducemus ex dictis in eo summam  
quandam rerum, quæ ad perfectum Prælatum perti-  
nent Quæ ad duo illa capita reducuntur, quæ Aposto-  
lus Episcopis Asiæ commendauit, dicens: *a* *Attē* *dite* *vobis,*  
& *vniverso* *gregi,* in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos  
regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. In qui-

a *Attuum*  
20.28.

1  
Vocatio.

bus verbis supponit Apostolus, quod esse debet huius perfectionis fun-  
damentum. Hoc est, vt nullus Episcopus nec Prælatus tale suscipiat onus  
& officium, nisi Spiritus Sanctus illud ei imponat. Ita vt non aggrediatur  
illud *spiritu* *dæmonis,* aut mundi, qui pro fundamento habent ambitionem  
honoris; & temporalium facultatum cupiditatem; nec spiritu proprio,  
qui iudicio proprio innititur, neminem consulendo, neque rem sibi in  
consulationem accipiendo: sed per vocationem, & inspirationem, ac di-  
rectionem Spiritus Sancti: seruatis regulis ac documentis in capite tertio  
positis.

Hoc iacto fundamento, debet Prælatus sibi ipsi in primis attendere, vt  
rebus omnibus ad propriam salutem ac perfectionē necessariis: cum cu-  
cuius detrimento non debet gregi attendere. Nam Spiritus sancti volun-  
tas, qui gregem ipsi commisit, illa est vt hunc ordinem semper seruet, an-  
teponendo scilicet ea quæ sunt animæ ipsius, iis quæ sunt aliorum. Et  
idem commendat iterum Apostolus Episcopo Timotheo: *b* *attende*  
*tibi,* & *doctrina,* & *instā* *in illū:* hoc enim faciens, & te ipsum saluum facies,  
& eos qui te audiunt. Etiam lectioni & exhortationi monet attendere.  
Quod si hoc (ait S ANCTVS CHRYS OSTOMVS) adeo com-  
mendat APOSTOLVS TIMOTHEO, qui miracula edebat &  
mortuos suscitabat: quid nos faciemus peccatores? Et *c* *quod* *pro-*  
*derit* *tibi* (ait SALVATOR NOSTER) *si* *totum* *mundum* *lucreris*

2  
Attē. *Mise*  
*vobis.*

b 1. Tim. 4.  
16.13.

Hom. 13. in  
1. ad Timot  
c Matth. 26  
26.

Yyyy 2

& quod

Ecclesi. 14.

& quod grex tuus ad pastum cœlestem perueniat: si anima tua detrimtum patiaris, & ad infernum descendas. Et dicit qui sibi nequam est (ait Ecclesiasticus) cur alij bonus erit? Verum est tamen, quod postquam officium acceptauerit: non erit sibi bonus, nec salutem consequetur, nisi etiam attendat, beneque consulat toti gregi sibi commissio. *Vniuersè*, inquit Apostolus, omnes enim, magni & parui, curæ illi esse debent: quia omnium errationem redditurus. Ad quod ut permoueat Episcopos, tres adfert rationes efficaces, *Prima*: quia Spiritus Sanctus, hanc eis curam commisit: quod sufficit, ut eam sibi habeant commendatam, ut Deo placere possint, & gratiam in ipsius oculis inuenire. *Secunda* ratio, eò quod Ecclesia, quam Episcopus regit, est ipsiusmet Dei; & grex ipse est proprius Christi D. N. cui tenemur seruire & placere infinitis titulis & nominibus. Ac proinde æquum omnino est, ut magnam illius curam gerat, tanquam rei infiniti benefactoris: qui amoris & gratitudinis nostræ erga ipsum iudicium voluit esse, ut sui gregis curam geramus. Ac propterea S. Petrus dixit: *e si diligas me, pasce agnos meos*. *Tertia* ratio est, eo quod hic Dominus maxime faciat Ecclesiam suam, quam precioso suo sanguine redemit: obligans etiam nos ut magni eam faciamus, eiusque bono consulamus: etiam si sanguinem pro ea effundere opus sit.

e Ioã 21, 15.

4  
Charitas &  
viroq; eius  
actus  
4<sup>o</sup> reg. 1. 9.

g Isai. 6, 2.

Ad utramque hanc obligationem implendam opus habet Prælatus & duplici spiritu, quem Eliseus petijt ab Elia, cum eleuaretur in cœlum. quem debet continuè petere à Christo D. N. cuius ille est donum, eiusque merita datur. Spiritus duplex appellatur ipsemet Spiritus Sanctus à Patre & Filio procedens: cum inspirat, magnaque potestate, & sapientia inducit ad duos feruentes charitatis actus, amorem scilicet Dei, & proximi; zelum gloriæ Dei & salutis animarum: quibus omnes suas actiones comitari debentur: quæ ad ipsius salutem spectant, quàm quæ ad gubernationem. Qui duos amores a deo accensi & inflammati significantur per g duos Seraphinos, quos vidit Isaias: & quorum meminimus in capite sexto: *Qui stabant in præsentia Dei sedentis super solium excelsum & eleuatum, iuxta quod stabant Seraphini, & clamabant alter ad alterum, ac dicebant: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum*. Feruens enim Dei & proximi amor constituit Prælatum in Diuina præsentia, cum continua dilecti sui memoria: vbi enim est amor, ibi non est obliuio. Facit autem idem amor, ut Prælatus stet iuxta ipsum Deum: seruata enim reuerentia erga illum, coniungitur ei per intimam vnionem, in qua altitudo & perfectio huius vitæ consistit. Alter enim amor semper alterum excitat, eique feruorem addit. Nam Dei amor feruentiorem reddit amorem proximi, & hic vicissim illum; sibi que porrigunt mutuo manus & iurantia omnibus suis actionibus & vterque confitetur, Deum esse Sanctum: idque ter ob tres sanctitatis gradus

quam

quam efficit cum ipsa charitate: h puritatem scilicet cordis, conscientiam bonam, fidem non fictam, vt supra dictum est. Etiam confitentur Deum esse Dominum exercituum: charitate enim pugnat & vincit in eis, eò quòd dilectio sit fortis sicut mors: quæ triumphat de omnibus hostibus, qui bonæ gubernationi impedimentum apponunt. Quam ob causam Seraphini habebat sex alas, quarum duabus velabant corpora sua vsq; ad pedes, alijs duabus velabant caput, duabus autem, quas extensas habebat, volabant. Quæ (vt S. Bonauent. ait) significant sex virtutes, excellentes: in quibus summariè continentur omnes, quas posuimus in hoc Tractatu, pertinentes ad perfectionem Prælatorum in officio suo.

¶ §. I. Obedientia & Patientia.

**D**VÆ primæ alæ sunt duæ primæ filiæ charitatis: in quibus illa maximam suam excellentiam ostendit: obedientiam scilicet & patientiam: faciendo omnia, quæ Deus iubet; tolerando omnia aduersa, quæ ille permittit cum magna in vtriusque animi fortitudine. Duabus hæc alis tegere debet Prælatum corpus suum vsq; ad pedes; illæ enim esse debent præcipua ipsius vestis, & ornatus, quibus personæ suæ auctoritatem; doctrinæ opinionem; ministerio honorem adfert; proximos ædificat, subditis præbet bonum exemplum, redditque se omnibus venerabilem & amabilem; & illi valde confidenter ad ipsum accedunt, & magna cum securitate sequuntur: sequentes enim eum, ipsum Christum D. N. sequuntur: qui vt dicit Apostolus, a didicit ex ijs quæ passus est, obedientiam, hoc est, patientiam didicit obedire; & obediendo didicit pati. Imitatio autem in vtraq; hac re (ait S. Bonauentura) finis est gubernationis. Rector, inquit, studere debet, vt sibi commissos faciat Christiformes, sicut dixit Apostolus: imitatores mei estote, sicut & ego Christi. His alis tegit etiam corpus suum, quod instar thoracis protegunt, & in tentationibus, & pugnis Dæmonum, & hominum huius mundi, ac subditorum furentium, & tumultuantium tuentur: qui enim fortitudinem habet ad obediendum ac tolerandum, non potest ab huiusmodi lædi. Eisdem etiam protegit ac defendit corpus mysticum Ecclesiæ suæ, & gregis sibi commissi: quem mouet & allicit vt eius vestigia sequatur: quia sic e forma factus est gregis (vt ait S. Petrus.)

Alia obedientiæ est primogenita charitatis. Nam d qui diligit me (ait Christus D. N. sermonem meum seruabit; & e qui seruat verbum eius (ait S. Ioannes) verè in hoc charitas Dei perfecta est. Ac propterea ait S. Dionysius Seraphinos apparere cum alis, & stantes: ad significandam promptitu-

h1. T<sup>m</sup>. 1.

5. c. 1.

c. 1.

1. Cant. 8. 6

Opus de sex  
aljs Serap.

a Heb. 5. 8.

b1 Cor. 11. 1

c1. Pet. 5. 3  
d Io. 14. 23

I

Coelestis Hi-  
erarchia. 15

dinem & velocitatem, qua ad diuinam voluntatem exequendam sunt parati.

**H** A E C ala tot habet plumas, quot sunt virtutes adiuuantes ad obtemperandum cum hac promptitudine, velocitate, & integritate, omnibus legibus, Diuinis, & Ecclesiasticis, ac praeceptis omnibus ad Praelati officium spectantibus.

f Psal 102.  
20.

**Q** V O D exercere debent cum ea velocitate, qua fulgura & fulmina apparere solent; & sicut f Angeli qui sunt potentes virtute facientes verbum ipsius Domini ad audientiam vocem sermonum eius: hoc est in momento, quo **D E V S** aliquid iubet, illi exequuntur. Hæc obedientia est præcipua ala boni Praelati: de quo canit Ecclesia: *Ecce Sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, & inuentus est iustus. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi.* Verè enim Sacerdos est magnus omnibus modis. Magnus in dignitate, & omnibus suis ministerijs, magnus in sapientia tanquam omnium Magister; magnus ipse sanctitate coram Deo & hominibus; magnus in cordis ingenuitate & magnanimitate ad insignia & grandia facinora aggredienda contemnens ex toto corde honores; magnus in magnificentia, quia largitur quicquid habet, nihili faciens diuitias; & præ omnibus magnus: quod in diebus suis placuit Deo: omnia sua opera facit semper, non vt hominibus placeat, aut magni ab eis fiat, nec, vt sibi ipsi placeat, & appetitui seruiat: quia totum id reputat vilitatem; sed vt soli Deo placeat in rebus omnibus, in quo solo totam suam magnitudinem, & amplitudinem collocat.

Ex. c. 44. &  
45. Eccl.

**E** x quo prouenit, vt inuentus sit iustus: nam omnes subditi, qui eum quærunt, semper iustum inueniunt in suis verbis, & operibus: ita vt nulli inferat aliquam iniuriam, neque magnam, neque paruum: quia summè odit quamcunque iniustitiam, & peccatum: & gloriatur in eo, quod erga omnes seruet æqualitatem, tribuens vnicuique subdito, quod iustum est. Et eo vsque peruenit eius magnitudo: vt non sit inuentus similis illi qui conseruaret legem excelsi: hoc est inter omnes, qui subiacent eius potestati, nullus ei similis inuenitur, qui Dei legem sicut ipse custodiat: quia omnes suos subditos excellit in obedientia, & custodia diuinæ legis: omnem adhibens diligentiam, ne vel in vno lota deficiat: bene memor, quod **g** qui soluerit vnum de mandatis Dei minimum, est minimus; qui autem fecerit & docuerit ea custodire, magnus vocabitur in regno calorum. Qui cum sit in omnium oculis magnus ipse tamen iudicat se aliqua laude indignum. Quæ magnitudo valde est admiranda: qua reliquæ magnitudines conseruantur: eò quòd rara sit he-

g Matth. 5.  
19.

mil.



militas, vbi ad sunt tot honores: quia tenet locum inter alios altiozem, & tamen in corde suo elegit locum infimum; sicut capite quarto dictum est.

Ex quo fit vt perfectus Prælatas, speciatim in Religionibus, debeat in obedientia eminere; & in obseruatione omnium legum & constitutionum, quæ reliquos in sua Ecclesia, aut Religione obligant: ita vt non ipse dispenset secum, aut eximat se ab aliqua lege: nisi legitima adsit causa; quæ si adesset in alijs, ipse eos à tali obseruatione eximeret. Et quamuis ipsemet leges, ordinationes seruandas ab alijs instituerit; ac propterea ipse sit super alios: debet tamen ipse eandem custodire, ob exemplum, ædificationem, & alacritatem subditorum in earum obseruatione: Eum in modum, quo verbum Diuinum cùm factum fuit homo, voluit antiquam legem custodire, quam ipsummet toti populo tradiderat, non se eximens ab ea. Quod si hoc ipsum commendat Secularibus Principibus, vt secundo Tomo est dictum, quanto magis id facere debent Principes & Pastores Ecclesiæ? Et hoc modo intelligendum etiam est, quod Ecclesia. sticus dixit: *hæ rectorem te psuerunt? esto in illis quasi vnus ex ipsis*, seruando scilicet leges & ordinationes, quas illi seruant. Denique adeò debet esse obedientiæ addictus: vt in eo ipso quod iubet, etiam obediat. Iubendo semper non pro suo arbitratu & gustu, sed prout Deus & ratio ipsa dicit, & vult, vt ipse iubeat; obseruatis omnibus, quæ prudentiæ leges circa modum præcipiendi statuunt: & hoc vocatur iubere, & præcipere etiam obediendo.

HVIC obedientiæ alæ accommodari debet ala patientiæ. Quemadmodum enim auis non potest benè cum vna sola ala volare: ita non poterit benè Prælatas obedire, nisi nouerit simul patienter sustinere: nam ipsum sustinere fit facilius, si fiat, vt obediatur Domino: qui mittit aduersa, & iubet ea patienter ferri. Cuius alæ plumæ sunt virtutes; quæ spiritum exornant & componunt in rebus aduersis; nam fortitudo repellit timores, & magnum ostendit animum contra pericula rerum horrendarum, non prætermisso interim eo, quod aliàs fieri debet. Constantia est firma in aduersis, propter quæ non flectitur; mansuetudo iras cohibet insurgentes contra eos, qui molestias inferunt. Longanimitas diu expectat leuamen molestiarum, quæ inferuntur; neque defatigatur labore, & molestia, etiam quæ diu duret. Perseuerantia autem efficit, vt in cœptis persistat vsque ad finem officij, aut etiam ipsius vitæ. Cùm his omnibus pennis ac virtutibus volat patientia, in tolerantia rerum aduersarum, & executione operam acerborum, & grauium: non deficiendo ob tristitias in anima exurgentes: quas interdum ita reprimat,

vt gau

Tract. 4.  
c. 5.

h Eccl. 31. 1.

vt gaudeat in tribulationibus, & aduersitatibus. quas tolerat in sua gubernatione: etiam si multæ sint, & graues: cum in modum, quo id explicamus capite octauo, vbi omnes posuimus: quibus solum nunc addimus, quod patientia sit vna ex alis Seraphinorum: eod quod sit valde propria charitatis: de qua dicit Apostolus, quod sit *patientis*; & in Cantico dicitur: quia *fortis est vt mors dilecti, & dura sicut infernus amulatio*: habet enim humeros ad ferenda onera grauissima; & horrendos dolores tolerandos, vt placeat ei, quem diligit. Vt insinuauit Apostolus, cum dicit: *optabam ego anathema esse à Christo pro fratribus meis*. O quam est heroica charitas, quæ sponte se offert, vt Christi præsentia ad tempus careat, & pariat, si opus erit, dolores quasi inferni, vt fratres suos liberet à peccato! Cogitet igitur Prælatus: officium suum esse instar crucis cuiusdam quam Dominus noster eius humeris imponit, confectam ex omnibus pœnis ac difficultatibus ipsi gubernationi annexis: quam quotidie portare debeat cum magna patientia, sequens vestigia Saluatoris, qui nam tulit multo grauiorem. Et quotidie habet etiam suum calicem plenum acerbis, quas gubernatio secum adfert. Nec est subditus, qui non aliquam amaritudinem ipsi offerat: quas omnes haurire debet, vt imitetur Dominum illum, qui dixit: *in potest bibere calicem quem ego bibo?*

§. II. *Zelus & Compassio.*

**A**LIAE duæ, perfectorum Prælatorum alæ sunt alia duæ charitatis filia: *Zelus* scilicet iustitiæ aduersus peccata; & *misericordia* siue *commiseratio* miseriarum subditorum. Quæ etiam videantur sibi inuicem repugnare, non tamen ita est: quia sorores sunt, filia eiusdem matris; & altera alteram iuuat in suis actionibus Nam (vt S. Gregor. ait) disciplina vel misericordia multum destituitur, si vna sine altera teneatur: sed erga subditos suos inesse rectoribus debet, & iuste consolans misericordia, & pie sæuiens disciplina a *miscendo* scilicet *vinum & oleum* vt vulnera curentur infirmi.

HÆ duæ alæ vsui esse debent Prælato ad contegendum caput, & instar clypei ad illud defendendum. In illis enim consistit personæ eius securitas: quia omne eius periculum oritur ex defectu Zeli iustitiæ: quia nimium propendet ad molliciem; aut ex defectu commiserationis: quia nimium ostendit rigorem. Prælatus portat onus subditorum super caput suum, eum in modum quo dixit Dauid: *imposuisti homines super capita nostra*, vt autem caput tanto onere non lædatur: necesse est illud contegere duabus his alis, *Zeli & misericordia*: vt sic onus ipsum alleuiet. Quæ alæ sunt in altum erectæ: eod quod Zeli & compassionis intentio semper debet ad fines cœlestes ac diuinos eleuari; nec inclinare ad terrenos, & mundanos, qui

i. i. Corin.  
13.4.  
k Car. 8.6

l Rom. 9.

m Marci.  
10.38.

n. p. Pasto-  
ral. c. 6.

a Luca 10.  
34.

b Psal. 15.12

nos, qui zeli vigorem debilitant, & misericordiæ puritatem maculant. Et hoc modo sunt alæ Seraphinorum ardentium amore Dei, & proximi: quia accedunt ad purificandos peccatores, nunc prunis Zeli: qui punit, vt fanet; nunc prunis misericordiæ: quæ collatis beneficijs reparat miseras. Zelus præcipuè ostendendus est in magna attentione & sollicitudine; ne Deus offendatur, nec lex eius violetur. Ita vt etiam hoc nomine de eo dicatur: *non est inuentus similis, qui conseruaret legem excelsi, quia nullus eorum quorum curam gerit, ita zelat obseruantiam diuinæ legis, & omnium constitutionum ad ipsius statum pertinentium, atque ipse: quia non permittit aliquam earum violari, etiam valde exiguam: ne subintret relaxatio in ipsos subditos: qui faciliè assuescerent contemnere res paruas: ex quarum obseruantia multum pendet obseruatio maiorū. Quamobrem valde attendere debet, quando facultas petitur ac dispensatio in ijs. in quibus dispensare potest: vt duo fugiat extrema. Quia non debet esse adeo seuerus sub prætextu Zeli, vt nunquam velit dispensare, etiam vbi causa adest legitima: id enim præberet occasionem subditis, ex propria auctoritate secum dispensandi, & malâ conscientia faciendi, quod potuissent facere absque culpa. Nec debet esse adeo effusus ob prætextum pietatis, vt semper facultatem & dispensationem concedat, quacunque existente causa, etiam non legitima. Huiusmodi enim dispensationes sunt relaxationes & destructiones legū, ac ruinæ Religionum; quare tenendū est medium, quod prudentia dicat absque detrimento veri Zeli. In qua re per hos gradus contra delinquentes progredi debet; vt *primum* ostendat sibi displicere quemcunque defectum in ipsius præsentia admissum, aut qui ad ipsius notitiam perueniat; nullo edito iudicio, quod illum parui faciat; & quod parum referat: eò quod sit res parua: id enim esset viam aperire, vt in eo defectu progrediantur; & ita inducatur quasi quædam consuetudo eius. *Secundus* gradus est, blandè & suauiter monere eum, qui defectum admittit, vt sese emendet: vtendo medio correctionis fraternæ prudenter & oportune. Quod, si non suffecerit: progrediatur ad *tertium* gradum, qui est asperæ reprehensionis, verbis vtendo quæ pungant cor, & sentire faciât defectum admissum. Quod si neque hic gradus sufficiat, pergatur ad *quartum*, qui est punitionis: vt vexatio & pœna det ei sui erroris sensum, alijs vero sit frenum. Quando autem huiusmodi punitio non sufficeret, eò quod subditus sit durus & incorrigibilis: debet ad *quintum*, transire, quo putridum membrum abscindatur, ne totum communitatis corpus inficiat; obseruatis tamen admonitionibus ac documentis in capitibus vndecimo, ac duodecimo positis. quibus alia nunc addemus magis particularia.*

PRIMUM documentum est: vt Prælatus nunquam agat cum rigore &

e 1. Corins.  
4. 21.

punitioe, nisi subditi necessitas ad id urgeat, & cogat: ita ut propendeat, quantum in se est, semper ad mala reparanda blandè, si fieri potest. Id enim est, quod Apost. dixit ad Corinthios: *civilitas in virga veniam ad vos an in charitate & spiritu mansuetudinis?* Planum est quòd charitas virtutemque amplectatur spiritum, rigoris, & mansuetudinis: homines autem mansuetudinem tantum appellant charitatem: quia in ea elucet magis amicitia, quæ non solum re ipsa talis est, sed etiam exterius talis apparet: at rigor, etsi verè sit charitas, non tamen apparet talis. Et quoniam omnes magis delectantur mansuetudine, dicit Apostolus: voluntati subditorum relinquendum est modum cum eis agendi: ira tamen, ut si ipsi velint sese emendare & propria peccata punire, Prælatus blandè & mansuè tèm cum illis agat: si autem duriores sint, & pœnam refugiant, ostendendus est rigor, & seueritas, & adhibenda virga ad eos coercendos.

2

Hæc tamen virga esse debet iustitiæ cum æqualitate proportionata delictis: non enim equè reprehendendi & puniendi sunt defectus magni, & parvi; neq; qui fiunt ex inadvertentia, & malitia. Daretur enim occasio, ut talis modus reprehensionis & punitiois tribuatur potius ingenio cholericò, & vlciscendi Prælati, quàm zelo iustitiæ: cuius leges in eodem modo non servarentur. Quare omnino expedit, utrumq; fugere extremum, in quæ labuntur Prælati imprudentes, & aliqua passione affecti. Aliqui enim seuerè volunt etiam leuissimas culpas punire: sicut d. Saul voluit proprium filium Ionatham occidere eo quòd, gustasset paululum mellis: nec scientem patrem suum prohibuisse comedi panem à quoquam, donec vlcisceretur de inimicis suis. Alij valde leuiter reprehendunt defectus, etiam valde graues: sicut Sacerdos e Heli leuiter reprehendebat grauiissima si iorum suorum peccata. At qui prudenter est zelosus, mediam tenet viam, pœnæ quantitatem accommodans culpæ qualitati. Quamuis etiam erit prudentia, seuerè punire culpas leues, cum per eas aperitur ianua ad transgressionem ipsarum legum: quales esse solent culpæ primorum transgressorum. Ac propterea: fuisse Dominus lapidari primum qui transgressus fuerat diem festi Sabbati. Et g. duo filij Aaron, qui obtulerunt ignem alienum coram Domino, ab ipso igne deuorati, & mortui sunt. h. Oz. a quoque repente mortuus est, eo quòd extendisset manum, ut teneret Arcam Dei, quæ aliquantulum deslinauerat, & videbatur casura. Et S. Petrus subitanea morte puniuit i Ananiam & Saphiram qui initium dederunt vitio proprietatis. Cuius seueritatis causa fuit, (ut S. Chrysostomus & Cassianus perpendunt) ut qui in hac vita non puniuntur similibus pœnis: intelligant quàm sint horrendas in altera subituri. Ex quo apparet, quòd in huiusmodi casibus possit reprehensio esse

d. 1. 8. 14.  
24. 43.

e 1. Reg. 2.  
24.

f Num. 15.  
35.

g Leu. 10. 2

h 2. Reg. 6. 7

i Act. 5. 5.

k Admil in

6. 5. Athu.

Coll. 6. c.

11. c. Lib.

7 de iustit.

6. 14.

valde

valde aspera exaggerando culpam: vt eius grauitas agnoscat, & ita terreatur qui, non satis aduertens quid faceret, eam admisit; & alijs etiam timor incutiatur. Ac propterea SANCT. PETRVS vsus est verbis illis a deo grauib: *cur tentauit Satanas ortuum, mentiri te Spiritui Sancto?* Aduertit autem Origenes tantam tristitiam ac terrorem concepisse Ananiam ex illis verbis SANCTI PETRI: vt præ nimio dolore expiraauerit. Scribitur etiam in vita SANCTI VINCENTII, quod cum ille semel magno cum feruore contra vitia prædicaret, quidam ex auditoribus præ dolore fuerit mortuus, & apparuerit niger sicut carbo.

SED ordinariè reprehensiones debent esse moderatæ iuxta consilium Apostoli, vt aliquod solatium admisceatur: *ne abundantiori, inquit, tristitia absorbeat qui huiusmodi est.* Et ad Galatas scripsit: vt correctio delictorum fieret *in spiritu lenitatis, considerans, inquit, te ipsum; ne & tu teneris, & incidas in idem delictum.* Discernat inter peccatū & peccatorem, & inter peccatorem & hominem qui peccat; & inter iniuriam quam peccatum infero Deo; & miseriam hominis, quæ cum iniuria inuoluitur. Et intelliget se teneri ad coniungendam alæ zeli aliam pietatis & commiserationis, corripiendo, reprehendendo, & puniendo quod est culpa, & iniuria Dei; vt eam impediatur, diuinamque gloriam tueatur; sed simul compatiatur, cernens miseriam peccantis, & conditionē hominis fragilis: in quam facillè labitur. Et hæc compassio reddat ipsum clementem: vt quantum iustitia patietur, moderetur pœnam: quam interdum etiam expedit remittere: vt remissionis beneficium prouocet ad maiorem in posterum cautelam. Quia *in misericordia superexaltat iudicium* hoc est plura efficit misericordia, quam iustitia; & plus obtinet clementia, quam seueritas & asperitas.

HANC misericordiam ostendere debet vniuersim in omnibus alijs miserijs subditorum, corporalibus, aut spiritalibus; tristes consolando, ægrotantibus attendendo, indigentibus subueniendo, debiles subleuando; tentatis, scrupulosis, ac tribulatis commiserando, & omnibus ostendendo viscera materna, vt capite sexto fuit dictum. Huiusmodi enim operibus & modo agendi non solum illo, lucrabitur Prælati, erga quos talem se exhibet; sed reliquos etiam, qui id vident, fiduciam animo concipientes, quod Prælati, qui aliorum consolationi in suis tribulationibus attendit, sit etiam ipsis, si in aliquas incident, adfuturus: & sic satis apertè manifestat seueritatem, quam in delinquentes ostendit, non prouenire ex cho-

Traç. 8. in  
Mattheum  
Idem in  
nuat S.  
Gregor. lib.  
1. Dialog.  
c. 30.

3  
k 2. Cor. 2. 7  
1 Gal. 6. 1.

m Iacobi  
2. 13.

4.

n Osee 11. 4.

Serm. 23 in  
Cantica.o Matth. 11.  
30.Tract. 3 c. 3.  
14.

merita eius natura, sed ex iustitiæ zelo: cum erga alios adeo se ostendat ac misericordiam propensum. Et propter eandem causam refert multum, ut suo etiam tempore probos laudet, ac foueat, & bona ipsorum obsequi remuneret: ut omnes aduertant zelum eius non tendere solum ad puniendum, sed etiam ad remunerandum. Sic enim subditos suos subiectos valde, sibi que addictos habebit: *trahetque eos* (ut dixit Osee) *in funiculis Adam, in vinculis charitatis: & erit eis quasi exaltans iugum super maculas eorum*; hoc est, habebit eos suæ voluntati subiectos funiculis Adam, qui sunt blandi & molles; & proprii hominum, qui rationi dant locum. & vinculis charitatis, beneficijs scilicet, & bonis operibus: & ipsum iugum legis subleuabit, ut minus sentiant eius onus Prælatus enim (vrat S. Bernardus) potius studere debet ut vitam Christianam, & Religiosam reddat faciliorem, quam grauiorem & strictiorem: opere ipso exprimendo & confirmando, quod Saluator dixit: *o iugum meum suauis est, & onus meum leue*. Non ostendat se non credere referentibus suas miseria corporis, aut spiritus; etiam si exterioris tales non appareant. Minus enim nocet compati fingentibus se infirmos, aut afflictos, ut sibi indulgeant, quam ostendere asperitatem verè infirmis & afflictis; timendo ne ab eis decipiatur. Sicut neque debet esse valde exactus in inuestiganda paupertate petentis elemosynam: minus enim incommodum est, eam largiri ficto pauperi, quam vero eam negare: eò quòd absque sufficienti cautela timeat se decipi.

DENIQUE maximi momenti est in omnibus, quæ dicta sunt de penis aut fauoribus, & præmijs, abhorre à vicio illo, quod dicitur *acceptio personarum*: ita ut nunquam vnâ personam alteri præferat, absque sufficienti ratione; neque inæqualiter agat cum ijs qui vel in delicijs, vel in officijs præstitis sunt pares: nisi legitima aliqua causa accedat. Huiusmodi enim inæqualitatis singularitas, facillè tribuitur iniustitiæ, aut alicui passioni & affectui inordinato, & facile in subditis generat discordias, & amaritudines contra ipsos superiores: quia existimant, se odio haberi, cum videant superiores ipsis non fauere: ut fusc dictum est in secundo Tomo. Si enim Zelus Dei impellit ad puniendam culpam, quando hæc in diuersis est æqualis, & ipse personæ æquales: idem zelus mouebit ad æquales pœnas inferendas. Quòd si absque rationabili causa alteri maiorem intulerit: indicium præbet, se moueri ad id animo sumendi vindictam, aut spiritu proprio, aut ex aliqua passione auerso. Et similiter si charitas & misericordia Prælatus inducit ad subueniendum miserijs subditorum: sicut reparat vnius necessitates, ita reparabit alterius: si id facere posset, siquidem charitas neminem excludit. Et qui

videt

videt se absque causa excludi, existimat se non amari: & ita conqueritur. Et ob eandem rationem priuatæ Prælatorum cum aliquo subdito amicitia (vbi non adest causa iustificans) commouent alios, qui iudicant se minus diligi: quia aduertunt, quod quando fons per vnum epistomium, ad quod magis propendet, nimium effundat aquæ, per alia emittat parum: ex quo fabricant sibi multas iniurias. Expedit autem Prælatos valde sibi attendere, ne quemquam offendant memores terribilis illius sententiæ, quam dixit Sapiens: *paudite & intelligite iudices finium terra, qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum ed quod data est à Domino potestas vobis, & virtus ab Altissimo: qui interrogabit opera vestra & cogitationes scrutabitur: quoniam cum essetis ministri regni illius non rectè iudicastis, neque custodistis legem iustitiæ, neque secundum voluntatem Dei ambulastis. horrendè & cito apparebit vobis: quoniam iudicium durissimum in ijs, qui præsumunt, fiet. Exiguo enim conceditur misericordia: potentes autem potenter tormentum patientur.* Intelligant igitur Prælati, terræque potentes, quod habeant super se Iudicem quendam supremumque Pastorem, qui etiam gubernat cum iustitia & misericordia, cum Zelo, & pietate: iubetque cum eisdem circumstantijs gubernare: quæ eadem enim mensurâ eorum metietur, quæ ipsi subditis suis mensurauerint, in hoc ostendens diuinæ suæ iustitiæ Zelum contra negligentes in suo officio; vtens verò misericordia in eos, qui potestate sibi tradita benè vtentur.

§. III. Discretio ac Deuotio.

**D**VÆ vltimæ Seraphinorum alæ, sunt prudentia & circumspectio in rebus omnibus spectantibus ad gubernationem Prælatorum, bonum subditorum, & familiaritatem cum Deo Domino nostro per exercitia deuotionis: & vtraque res est necessaria: prudentia enim hominis illustratur lumine, quod communicatur ex familiaritate cum Deo: quæ familiaritas exigit, vt homo ex parte sua vigilantiam & cautelam adhibeat, quantam poterit in omnibus, qui ipsi incumbunt. Ala discretionis & prudentiæ tot habet plumas, quot sunt socij eam adiuuantes ad executionem nobilium suorum actuum: de quibus fusè actum est in secundo tomo. Eadem ipsa in ordine & rectitudine constituit alas reliquarum virtutum, ad opera sua vt expedit facienda: ita vt sine ea non studiosæ sed vitiosæ sint futuræ: iuxta illud Sancti Bernardi: *tolle discretionem & virtus vitium erit.* Discretio obedientiam dirigit, & patientiam, mediumque ponit Zelo iustitiæ & commiserationis, ac misericordiæ. quæ si constitutos ab ea limites transgrediantur: virtutis nomen amittunt. & Zelus fit ira, feruor fit furor, mansuetudo tepiditas; & ipsa misericor-

Z z z z 3

dia cru-

p Sap. 6.2.

q Matt 7.2

Tract. 4. c. 3

Serm. 40 in Cantica.

dia, crudelitas. Hæc simplicibus sicut columbæ dat cautelam serpentium, ut ita malas suspiciones & iudicia temeraria remoueat, ut non possint se decipi à suis subditis: & ita sint circumspècti & cauti, ut non sint nimium suspiciosi: quia fiunt intolerabiles: ut qui suis cogitationibus ac suspicionibus ducantur, affligentes subditos, cum concedenda negent, & neganda concedant. Hæc ipsa discretio est, quæ probat, examinatque eos, qui se fingunt sanctos, deponit pellem ouillam, quæ felupi contegunt, adinueniens aliqua media, quibus eos detegat: ne simplices decipiant. Hæc coniungit, & quasi germanas forores reddidit iustitiam & misericordiam; zelum & pietatem, opera vitæ Actiue cum operibus contemplatiue; familiaritatem cum proximis cum familiaritate cum Deo; curam & studium proprii profectus cum studio profectus aliorum; unicuique rei suum tribuens tempus; & ordinem constituens in omnibus bonarum rerum affectionibus. Ipsa est, quæ in a cellario diuersorum vinorum *ordinat charitatem*, in utroque eius actu, amoris scilicet Dei & proximi: ne ita se totam tribuat & inebriet altero actu; ut alterius actionibus desit.

a Cant. 2. 4.

HÆC discretio medium & moderationem adhibet omnibus occupationibus, cuiuslibet tribuens tempus ei necessarium; ita ut vna alteri non noceat, sed vnaquæque sibi accipiat tempus sufficiens, iuxta illud Ecclesiastici: *b curam illorum habe, & sic confide; & omni cura tua explicita, recumbe*. Hoc est omnibus curis tuis erga subditos expeditis, requiesce, attendens proprijs tuis rebus.

b Eccl. 7. 2.

HÆC denique prudentia docet officiorum & occupationem onera inter subditos distribuere, accommodando illa singulorum talentis & viribus, ut leuius, tutius, & vtilius ferant. Ea que suauitate & efficacitate res omnes disponit, ut ipsius obedientiæ omnes respondeant, ut dictum est in Tractatu Sexto Tertij Tomi.

c Ioan. 1.  
20. 27.

SED quoniam humana prudentia valde est breuis, incerta, & que decipi potest: indiget auxilio alæ deuotionis ad omnia hæc, de qua dixit S A N C T V S I O A N N E S : *cyos vnctionem habetis à Sancto, & vnctis omnia. Et non necesse habetis ut aliquis doceat vos: sed sicut vnctio eius docet vos de omnibus*. Hæc deuotio est Spiritus sancti vnctio, quæ docet omnia necessaria ad salutem, & ad satisfaciendum obligationibus status & officij sui.

Hæc illustrat prudentiam humanam, quæ sæpè sola decipitur, & prudentiam sapientiamque cœlestem communicat: quæ eius defectus implet.

Hæc



Hæc erigit cor, Spiritum exhilarat, corpus confortat, & fortitudinem ex debilitate educit: vt explere possit quicquid Deo placet in bonum subditorum. Hæc præsentem Deum gerit in sua memoria, quasi testem, iudicem, protectorem & auxiliatorem in omnibus suis operibus. Et totam suam fiduciam in eo reponens, multa egregia perficit facinora.

Hæc denique requiem adfert defatigato spiritui, ac cœlesti dulcedine recollectionis remunerat labores, & occupationes, quas extra illam cum subditis suis habuit. Ac propterea maximi est momenti ad rectam gubernationem, vt supra dictum est.

Hæc sunt duæ ultimæ SERAPHINORVM alæ, quæ extensæ semper esse debent ad volandum cum eis: nunc in cœlum ascendendo, ad agendum cum Deo, & mysteria cœlestia contemplanda: nunc descendendo, & per terram discurrendo, vt attendat quæcunque ad proximorum utilitatem pertinent. His duabus alis ascendunt SERAPHINI ad laudandum Deum, dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum: & eisdem descendunt ad purificanda labia, & animas subditorum per suos ministros. Eisdem ascendunt sicut c. *Angeli per scalam Iacob*, donec ad occulta cœlorum ingrediantur, vt agant & expediant apud Deum omnia, quæ ad ipsorum pertinent officium: & cum eisdem descendunt vsque ad terram vbi Iacob dormit; attendentes, vt excitent, & feruorem adferant omnibus sibi commissis. In quo ascensu ac descensu expendant vitam suam totâ magna cum perfectione memores duorum Patriarcharum Abraham & Iacob, qui figura fuerunt Praelatorum: de quibus perpendit Sanctus Augustinus, quod Scriptura diuina, postea quam Dominus nomen d. *Abram* mutauit in *Abraham*, semper eum *Abraham* appellat. Sed quamuis e nomen *Iacob* mutauerit in *Israel*: modò tamen illum vno nomine appellat, modò altero. Cuius rei causa mystica, inter alias est, ad significandum quod Praelati, quamdiu tale officium gerunt, nunquam debeant Abraham nomen mutare, Partis scilicet multarum gentium: sed semper Patrum opera facere erga subditos, quos magno cum amore gubernant.

In executione tamen officij sui interdum esse debent sicut Iacob, luctantes operibus vitæ actiuæ in bonum proximorum; interdum etiam debent esse sicut Israel in operibus vitæ contemplatiuæ, agentes semper cum DEO: ascendentes & descendentes per hæc exercitia, vt dictum est, donec felix il-

ladies

C. 10.

c. *Genes.* 28.  
12.

Serm. 40.  
de vob.  
Domini  
d. *Gen* 17.  
c. 32.

la dies adueniat, in qua iustus iudex coronam eis tradat iusticie, in pre-  
mium felicium suorum laborum: cum ascendent ad celum Empe-  
um, ex quo nunquam descendent, sed ibi Deo in omnem eternita-  
tem fruuntur, sedentes cum Principe Pastorum in throno  
glorie sue in aeterna secula seculorum,  
Amen.

FINIS TOMI QUARTI.

